DE ABLATIVO SALLUSTIANO.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB AMPLISSIMO

PHILOSOPHORUM ORDINE IENENSI

RITE CAPESSENDOS

SCRIPSIT

OSCAR CHRIST
WALTERSHUSIENIS.

IENAE

TYPIS NEUENHAHNI

MDCCCLXXXIII.

Quamquam inter omnes constat, Ciceronis imprimis dicendi rationem esse imitandam in arte latine scribendi, tamen alii minus elegantes Romanorum scriptores omnino non rejiciendi aut spernendi sunt. Sine dubio studium eorum multum affert ad excolendam artem grammaticam, quae non perfecta atque omnibus numeris absoluta erit, nisi uniuscujusque scriptoris dicendi genus accurate illustrabitur. Quod ut fieret nostra aetate multi viri incubuerunt in loquendi usum et priscorum et posteriorum scriptorum investigandum. Cum historicos Romanorum celeberrimos specto, Liviana et Tacitea oratio fere in omnibus partibus tractata est a viris doctissimis Kühnast et Draeger. Ad Caesaris dicendi rationem cognoscendam multum attulerunt dissertationes Fischeri, quae prodierunt Halis annis 1853. 54.

Sallustiana oratio non omnibus numeris pervestigata est. Nam praeter Badstübner: „De Salusti dicendi genere, Berol. 1863. 4°“, Anschütz: Selecta capita de syntaxi Sallustiana, Halis 1873, Görlitz: De genitivi usu Sallustiano, Schrimm 1878, Hercher „Ueber den Gebrauch des Accusatives bei Sallust, Gera 1878, nemo, quod scio, syntaxin Sallustianam scripsit. Quare ablativi casus varium usum apud Sallustium perquirere et exemplis illustrare suscepi. Normam atque regulam ad quam opus instituendum sit, mihi proposui dissertationes Fischeri, quas supra nominavi. In textu et locis laudandis secutus sum numeros, qui sunt apud Rudolfum Dietschium: Gai Sallusti Crispi, quae supersunt, Lipsiae 1859.

Iam priscis temporibus quinque casibus latinae declinationis additus est „Sextus casus“; qui proprius est latinus, cujus vis apud Graecos per genitivum explicatur cf. Diomedes p. 302.

ed. Keil. Iam Caesar illum casum nominavit „ablativum, cf. Charisius p. 133. Keil. Et multa sunt, quae Romani per ablativum casum solent efferre. Adhiberi a sciptoribus latinis ad loca, tempora, instrumentum, pretia, objecta, attributa indicanda, ad comparationes significandas, ad modum agendi describendum, omnibus notum est. Sed hic varius atque multiplex usus manavit ex tribus priscae latinitatis casibus: ex ablativo vero vel proprio „dem eigentlichen Ablativ, ex locativo et ex casu instrumentali. Confusi sunt hi tres casus postea in unum, in ablativum, quem nos dicimus, non quia terminationes similes erant, sed quod „unde“ quaerentibus omnibus his tribus casibus responsum est. Accedo ad singula.

Ablativus verus vel proprius significat locum vel rem, unde aliquid exit, aut aliquo modo proficiscitur: Das Herkommen von einem Orte. Notum est ablativum verum poni in nominibus urbium vel parvarum insularum, cum quaeritur unde aliquis veniat vel res exeat.

novissume rediens *Numantia* Iug. $10_{,2}$ de innocentia ejus certior *Roma* factus Iug. $46_{,1}$ igitur *Carthagine* duo fratres missi Iug. $79_{,5}$ interim *Roma* per litteras certior fit Iug. $82_{,2}$. Sed interdum urbium nominibus praepositiones adduntur, ubi ablativum solum exspectamus: *ab Zama* discedit Iug. $61_{,1}$, *ab Capsa* non amplius duum milium intervallo Iug. $91_{,3}$ tum Brutus *ab Roma* aberat Cat. $40_{,5}$. Si accuratius hunc usum observamus, videmus praepositionem Iug. $61_{,1}$ optimo jure positam esse, quod Metellus ab oppugnatione Zamae recedit cf Hand Tursel. I. p. 10. In aliis locis Iug. $82_{,1}$ $91_{,3}$ Cat. $40_{,5}$ praepositio eam habet vim, ut distantiae notionem augeat et sensum animi quam apertissime exprimat. cf. Sueton Aug. 88. Draeger. histor. Syn. p. 496. Praeterea notandum est, Sallustium verbo abesse semper praepositionem ab adjicere cf. Iug. $48_{,3}$ $44_{,5}$ Cat. $6_{,4}$ $20_{,16}$. Caesar praepositionem plerumque omittit. Posita est bell. civil. III. $108_{,2}$ $8_{,4}$. bell. gall. VII. $80_{,9}$ qui loci facile explanandi sunt cf Fischer, Rectionslehre bei Caesar § 45. Livium, qui Graecos imitatur, praepositionem plerumque adjicere etiam in iis locis, quibus regio urbis non intelligitur

cf. $23,_{5\cdot13}$ a Carthagine jura petere, testatur Kühnast, Hauptpunkte der livianischen Syntax p. 186 f. cf. Draeger p. 496.

Uno loco apud Sallustium invenitur ablativus proprius non adjecta praepositione, quo *terra* nominatur non *urbs:* quod haud difficile est, si tu *Messopotamia* nos *Armenia* circumgredimur exercitum Ep. Mithr. 21; alliis multis locis omissa est praepositio, ubi terrarum nomina conjuncta sunt cum verbis sejungendi: *decedere*, *deducere*, *pellere.*

decedere: Italia Iug. $28,_2$ 35_9, *Numidia* Iug. $38,_9$ *Africa* Iug. $20,_1$ $23,_1$ nam omnis exercitus, uti convenerat, *Numidia deductus,* in provincia hiemabat Iug. $39,_4$ *Bithynia* expuli Ep. Mithr. 11. *Africa* expulsi Iug. $97,_2$ cum omnibus copiis *Italia pulso* fr. I. 54. Similia exempla e Caesare sumpta affert Fischer. bell. civ. $57,_4$ cogebantur *Corcyra* atque *Acarnania* papulum supportare cf. III $15,_3$ aquam *Corcyra* navibus onerariis supportare. bell. alex. $25,_1$ *Syria Ciliciaque.* Livius plerumque usurpat praepositionem *ex,* deest apud verbum decedere $32,_{36},_9$ *Phocide Locride.* $35,_{13}$ decedere *tota Graecia.* $32,_{34},_4$ *decedi Graecia*cf Kühnast p. 187.

Ablativus verus nominis appellativi *domus* invenitur conjunctus cum verbis *movendi: domo* expulerat Cat. $37,_5$ egressus Cat. $46,_4$ proficisci Iug. $79,_4$ digredi Iug. $79,_7$. Praepositionem *ab,* quam Livius adhibet $8,_{22},_9$ classe qua advecti ab domo fuerant $9,_{22},_2$ accitis ab domo novis militibus cf. Draeger p. 498 non inveni, nisi conjunctam cum procul: *procul ab domo* Ep. Mithr. 16. Ablativus *humo* exstat Iug. $79,_6$ ventus coortus arenam *humo* excitavit, *rure* non inveni, sed *caelo:* Iug. $75,_7$ tanta repente *caelo* missa vis aquae dicitur cf. Vergil ecl. $6,_{38}$ *cadere nubibus.* Tibull $3,_5,_1$ *manare nubibus.* Horaz Sat. I., 114 *carceribus* mitti. *Liv.* I. $31,_2$ cecidere *caelo* lapides cf. $22,_1,_9$.

Neque mirum, si verba, quibus inest notio *pellendi, movendi, abstinendi,* conjunguntur cum ablativo solo, nam semper interrogamus „unde". Itaque hoc loco disserendum est de ablativo, quem grammatici dicut *separationis.* Conjunctus est plerumque cum verbis compositis. Verba simplicia inveni *cedere, movere, pellere, levare.*

cedere: qui signa relinquere aut pulsi *loco* cedere ausi sunt Cat. $9,_4$.

movere: senatu Cat. $23,_1$. Praepositio *a* exstat fr. I. 15. *a vero* movere.

pellere: sedibus Iug. $41,_8$. *agro* fr. I. 9. *agris* I. 46. *dominatione* Or. Macr. 3.

levare: sarcinis Iug. $75,_3$ cf. Cic. levare aegritudine, mi seriis, aere alieno. cf. Draeger p. 502.

At „unde" quaerentibus responderi potuit praepositionibus a, de, ex. Quo fit, ut verba, quibus praefixae sunt hae praepositiones, et praeterea similes quaedam conjungantur et cum ablativo solo et cum praepositione quadam. Exempla congessi:

A. Verba transitiva conjuncta cum solo ablativo:

absolvere: cura familiari tam parva res Or. Macr. 19.

abstinere: quos ignavia aut prava calliditas *armis* abstinuit Ep. Mithr. 12. Intransitive positum est: quia *tergis* abstinetur Or. Macr. 26. neque *facto* ullo neque *dicto* abstinere Iug. $64,_5$. Cicero et Livius interdum ponunt praepositionem *a* cf. Kühnast p. 166.

deterrere: proelio Iug. $98,_5$. Praepositio *ab* exstat Iug. $50,_6$ si *ab* persequendo hostis deterrere nequiverant. Livius, Caesar, Cicero utuntur praepositione *a*, nusquam *de* cf. Kühnast p. 168.

deturbare: moenibus fr. II. 75. Apud Ciceronem inveniuntur praepositiones de et ex, apud Caesarem de vel ablativus, apud Livium ex cf. Kühnast p. 168.

effundere: alii volgus effusum *oppido* caedere Iug. $69,_2$. Livius et Cicero adhibent praepositionem ex et a et ablativum solum cf. Kühnast p. 169.

emittere: nam plerosque jacula *tormentis* aut *manu* emissa volnerabant Iug. $57,_6$ Cicero congungit cum hoc verbo praepositionem ex et de, Livius de ex et solum ablativum, Caesar et praepositionem et ablativum cf. Kühnast p. 169.

ejicere: finibus ejectus sum Iug. $14,_8$ *civitate* ejecta fr. I. 46. Praepositio ex invenitur Iug. $14,_{10}$ pestis *ex* Africa ejecta est. De Livio, aliis cf. Kühnast p. 169.

expellere: plebes *agris* expulsa Or. Lep. 24. *regno fortunis-*

que omnibus expulit Iug. $14_{,2}$. *patrio regno* Iug. $24_{,6}$ quos flagitium aut facinus *domo* expulerat Cat. $37_{,5}$.

prohibere: Ubi prohibere significat „abhalten", „Jemand an etwas hindern", a Sallustio plerumque conjungitur cum ablativo solo: *moenibus* prohibuit Iug. $21_{,2}$ simul hiems *mari* prohibebat Ep. Mithr. 14. illi *janua* prohibiti Cat. $28_{,3}$ mare magnum et ignara lingua *commercio* prohibebant Iug. $18_{,6}$ portae ante clausae *fuga* prohibebant Iug. $67_{,1}$ multitudinem artis locis *pugna* prohibuere Ep. Mithr. 15. *civitate* pro multis et egregiis factis a nobis *data* per unum prohibentur Or. Lep. 12. *graviore bello* qui prohibituri venerant fr. Inc. 50. Praepositionem *ab* inveni: si *ab* jure gentium sese prohibuerit Iug. $22_{,4}$ ita prohibendo *a* delictis magis quam vindicando exercitum brevi confirmavit Iug. $45_{,3}$. Si prohibere idem valet ac „Jemanden vor etwas schützen" ponitur praepositio ab: tamen *ab injuria* Maurum prohibet Iug. $107_{,1}$. Apud Livium exstat praepositio a, *ablitivus* invenitur $1_{,39,5}$ $25_{,15,3}$ $31_{,25,5}$. Caesar plerumque ponit ablativum, raro reperitur praepositio cf. bell. gall. $2_{,28,3}$ $4_{,34,4}$ Kühnast p. 170.

B. Verba intransitiva.

assurgere; sella fr. V. 13.

decedere: illa formido *mentibus* decessit Iug. $41_{,3}$.

Livius habet ablativum et praepositionem *ex,* raro *de,* Cicero interdum *a* cf. Kühn. p. 167.

excedere: tardius revocati *proelio* excesserant Cat. $9_{,4}$. Livius multis locis usurpat ablativum, Cicero dicit *vita* excedere, Caesar *loco, pugna,* aliis locis invenitur praepositio *ex* cf. Kühnast p. 169.

defluere: nisi qua flumen Clurda *Tauro monte* defluens fr. II. 31.

degredi: monte Iug. $49_{,4}$ *colle* Iug. $50_{,1}$. Cicero conjungit hoc verbum cum praepositionibus *a* et *de,* Caesar cum *ex,* Livius cum *a de ex* et quattuor tantum locis cum ablativo solo cf. Kühnast p. 167.

descendere: monte Iug. $50_{,2}$ *equo* fr. V. 13. Cicero et Livius semper utuntur praepositionibus *ex de ab.*

desistere: actione fr. II. 34. Praepositio ab exstat Iug.

$25_{,11}$ ab oppugnatione. Caesarem et Livium rarissime praepositionem a vel de ponere testatur Kühnast p. 168.

digredi: domo Iug. $79_{,7}$ *alpibus* fr. IV. 28. Praepostionem a inveni duobus locis Iug. $18_{,11}$ propter multitudinem a parentibus digressi. fr. III. 49. a Tanai flumine digressae. Livius adhibet praepositionem a, semel ex $35_{,38,11}$

egredi: plerumque conjungitur cum ablativo: *domo* Cat. $64_{,4}$ *curia* Iug. $15_{,2}$ *Roma* Iug. $35_{,10}$ *provincia* Iug. $44_{,4}$ *ordine* Iug. $45_{,2}$ *castris* Iug. $91_{,3}$ $93_{,2}$ *oppido* Iug. $91_{,4}$. uno loco inveni praepositionem ex, quam Livius, Cicero, Caesar ponere solent Cat. $49_{,5}$. egredienti *ex senatu.*

se emergere: navigia *fundo* fr. V. 22.

evadere: oppido Iug. $56_{,5}$.

erumpere: portis Iug. $99_{,1}$ cf. Caesar bell. civil. $3_{,44,4}$ $2_{,14,1}$ Draeger p. 512. Praepositio *ex* posita est fr. III. 41 ex Ponto vis piscium erumpit.

expergisci: somno experrectus Iug. $72_{,2}$.

proficisci: conjunctum est cum ablativo *domo* Iug. $79_{,4}$ cum praepositione *ex* Cat. $44_{,2}$ *ex urbe.*

Semper cum praepositionibus conjunguntur verba, quibus inest notio remotionis. Sed duplex haec est, nam aut recedimus ab aliqua re vel detinemur, aut removemus rem et remota nos liberamus. Itaque verba absentiae, alienationis, separationis, prohibitionis, divisionis, cunjunguntur cum praepositione *ab* vel *ex* cf. Hand Tursel I. p. 37. Apud Sallustium exstant haec:

abesse: a periculis aberant Cat. $6_{,4}$ neque animus neque corpus *a vobis* aberit Cat. $20_{,16}$. Brutus *ab Roma* aberat Cat. $40_{,5}$ *ab signis* aberat Iug. $44_{,5}$ *a quo* aberat mons Iug. $48_{,3}$ paulum *a fuga* aberant Iug. $101_{,8}$. Nonnullos locos ex Cicerone sumptos, quibus exstat ablativus, affert Draeger p. 504. fam. $4_{,6,2}$ $15_{,5,4}$. Tuscul. $5_{,37}$. off. I. 14. Livius novies tantum ablativum ponit cf. Kühnast p. 166.

abire Sallustius semper conjungit cum praepositione *ex: ex patria* Iug. $35_{,1}$ *ex conspectu* Iug. $68_{,1}$ *ex castris* Iug. 107,2.

Cicero utitur plerumque praepositione *a* rarius e, de et

ablativo, Caesar *ex,* Livius fere omnibus locis ponit ablativum, praeterea crebrius ex quam a. cf. Kühnast p. 166.

abstrahere: ab bono honestoque in pravum Iug. $29,_2$.

avertere: arma *ab hostibus* Cat. $58,_{19}$ oppida *ab hostibus* Iug. $89,_1$ arma *ab externis* in nosmet vorsa Or. Lep. 19. Cicero et Caesar quoque ponunt praepositionem *a.* Solus ablativus invenitur Caesar bell. civil. $3,_{21},_5$ consilio destitit atque eo itinere sese avertit. Livius semper adhibet praepositionem a. cf. Kühnast p. 167.

continere: animum *a* lubidine Iug. $15,_3$ cf. Livium: continere rem ab seditionibus $3,_{65},_6$.

deficere: ab rege Iug. $56,_3$ *ab se* Iug. $66,_1$.

detinere: a quo incepto studioque me . . . . detinuerat Cat. $4,_2$.

dijungere: dijunctum undique regnis *ab imperio* eorum Ep. Mithr. 10. Cappadocia *ab Armenia* dijungitur fr. IV. 51.

dimittere: *ab armis* fr. III. 38. Praepositio a apud Livium semel invenitur, multis locis ex, ut apud Caesarem et Ciceronem qui Verr. $2,_{32},_{79}$ solum ablativum ponit cf. Kühnast p. 168.

discedere: conjunctum est cum a: *ab Zama* Iug. $61,_1$ *ab armis* Cat. $34,_1$ $36,_2$ Iug. $21,_4$ cum *ex: ex castris* Cat. $36,_5$ *ex contione* Iug. $34,_2$. Cicero, Caesar, Livius plerumque praepositione a utuntur, rarius ex, interdum de. Ablativus conjungitur cum nominibus urbium cf. Kühnast p. 166.

dissentire: ab reliquorum *malis moribus* Cat. $3,_5$ cf. Livium et Caesarem. Apud Ciceronem praeter praepositiones cum et inter, dativus quoque exstat. cf. Kühnast p. 166.

divellere: liberos a parentum complexu Cat. $51,_9$.

dividere: freto divisi ab Hispania Iug. $18,_9$. qui locus Aegyptum ab Africa dividit Iug. $19,_3$.

eripere: ex servitute Cat. $48,_1$ *e periculo* Cat. $48,_4$ *ex manibus* Iug. $82,_3$ cf. Caesarem et Livium. Apud Ciceronem, qui adhibet praepositiones de, a et ablativum solum, deest *ex.* Kühnast p. 169. *periculis* Cat. $46,_2$ *manibus* Iug. $24,_{10}$ dativi sunt, non ablativi.

evocare: ex hibernis Iug. $37_{,3}$. Ablativus invenitur apud Livium $1_{,55,4}$ non evocatum sacratis sibi finibus cf. Draeger p. 512.

impedire: a vero bonoque impediebat Iug. $30_{,2}$.

profugere: ex urbe Cat. $46_{,4}$ ex *proelio* Iug. $13_{,4}$ *ex oppido* Iug. $76_{,1}$.

procedere: e castris Cat. $61_{,8}$. Ablativus exstat Livius $44_{,5,6}$ cf. Draeger p. 518.

remorari: tamen *ab negotiis* numquam voluptas remorata Iug. $95_{,3}$.

retinere: ab incepto Iug. $55_{,8}$.

secedere: a patribus Cat. $33_{,4}$ Or. Macr. 1.

submovere: ab alpibus Ep. Pomp. 4. Solum ablativum affert Draeger p. 518. Livius $45_{,10,2}$.

terreri: a repetunda libertate Or. Lep. 6.

transferri: imperium semper ad optimum quemque *a minus bono* transfertur Cat. $2_{,6}$ id est *cedit.* exemplum *ab dignis* et idoneis ad indignos et non idoneos transfertur Cat. $51_{,27}$.

repellere: missis antea Romam legatis repulsum *ab amicitia* Iug. $102_{,13}$ repulsus *a Lete oppido* fr. I. 82.

Neque aliam rationem habent verba *defendendi* et *tuendi:*

defendere: Sallustius, ut Cicero, Caesar, Livius, semper conjungit cum praepositione a.

ab injuria Cat. $35_{,6}$ *a multitudine* Cat. $45_{,4}$. *ab* Romanorum *avaritia* Iug. $49_{,2}$.

defensare: alios *ab* hostibus Iug. $97_{,5}$.

tegere: ab jaculis . . . corpora Iug. $101_{,4}$.

tueri: urbem *ab insidiis* Cat. $29_{,1}$.

cavere: res autem monet cavere *ab* illis magis Cat. $52_{,3}$ *ab insidiis* ejus aliter caveri nequisse Iug. $108_{,2}$ caveret imperator *a perfuga* Celtibero fr. III. 2.

Adjectiva, quibus inest notio remotionis, conjunguntur cum ablativo vero:

extorris: extorrem *patria, domo* . . . effecit Iug. $14_{,11}$ *orbe* terrarum extorres fr. II. 94.

exsul: nunc vero exsul *patria, domo* Iug. $14_{,17}$.

expers: *patria, fama,* fortuna Cat. 33,$_{2}$ expers consili inveni Or. Phil. 11.

Interdum adhibetur praepositio a, quae locum vel rem significat, a qua aliquid distat.

alienus: sententia . . . aliena *a re publica* nostra videtur Cat. 51,$_{17}$. Cicero conjungit alienus cum ablativo, dativo et, ut Caesar, cum praepositione a, rarissime cum *genitivo,* qui exstat apud Sallustium Cat. 40,$_{5}$ neque aliena *consili.* Apud Livium reperimus dativum 1,$_{20,3}$ *genti* conditoris haud alienum, dativum vel ablativum 29,$_{29,8}$ *regibus.* 35,$_{49,13}$ *rebus.* cf. Kühnast p. 171.

Apud Sallustium legimus Cat. 56,$_{5}$ simul alienum *suis rationibus.* Utrum dativus an ablativus sit dijudicare non possum.

diversus: *ab his* longe diversas litteras Cat. 34,$_{4}$ legatos alium *ab alio* diversos aggreditur Iug. 46,$_{4}$; *ab ea fama* divorsum est Iug. 17,$_{7}$ *divorso itinere* malos *a bonis* loca taetra inculta, foeda atque formidulosa habere Cat. 52,$_{13}$.

integer: uti adulescentior et *a* populi suffragiis integer aetati concederet Mamerci fr. I. 52. cf. Livius 38,$_{14,6}$ 45,$_{37,8}$.

quietus: quietam *a bellis* civitatem fr. I. 112. cf. Livius 2,$_{34,1}$ cum et foris quieta omnia a bellis essent.

tutus: uti corpora nostra tuta *ab injuria* forent Cat. 33,$_{2}$ cf. Caesar 7,$_{14,9}$ ab omni periculo.

Accedo ad adverbia hujus notionis:

Procul: quod Livius conjungit cum ablativo cf. 6,$_{16,6}$ 7,$_{39,12}$ 10,$_{37,2}$ etc. cf. Kühnast p. 171 apud Sallustium semper assumit praepositionem: procul *a re publica* Iug. 4,$_{3}$. ab *imperio* regis Iug. 78,$_{4}$. a *mari* Iug. 89,$_{7}$. *ab domo.* Ep. Mithr. 16. Quin etiam ubi urbs nominatur legimus praepositionem: procul a Cirta Iug. 82,$_{1}$ a Gadibus fr. I. 61. ablativus exstat apud Plinium nat. hist. procul Grumento. cf. Draeger p. 496.

haud procul: *ab ardoribus* Iug. 18,$_{9}$. *ab oppido* Cirta Iug. 88,$_{3}$. *ab latere* castelli Iug. 93,$_{2}$. Cum verbo *habere* conjunctum est Cat. 4,$_{1}$ aetatem a re publica procul habendam decrevi. *agere* Iug. 4,$_{3}$ aetatem procul a re publica agere.

longe semper sequitur praepositio: a suis Cat. 61,$_{4}$ a continenti fr. III. 57.

non longe: a moenibus Iug. $89_{,6}$.

haud longe: ab eo itinere Iug. $47_{,1}$ a flumine Iug. $92_{,5}$ a mari Iug. $21_{,2}$ ab oppido Cirta Iug. $101_{,1}$.

longius nos ab incepto traheret Cat. $7_{,7}$.

propius: quod multo propius est *ab eo* quo agitat statu, quam ex pace . . . ad arma civilia Or. Phil. 10.

Uno loco ablativus verus subjunctns est *substantivo:* discessio plebei *a patribus* aliaeque dissensiones domi fuere fr. I. 9.

Cum verbis remotionem significantibus cohaerent verba liberandi, nudandi.

liberare: dum ea res civitatem *aere alieno* liberaret Cat. $40_{,4}$.

exuere: ipsumque regem . . . *armis* exuerat Iug. $88_{,3}$ exutus *imperio gloria jure* Or. Lep. II. exuti *omnibus,* quae majores reliquere Or. Macr. 6. exui *classe pulcherrima* Ep. Mithr. 13. exuant *armis equisque* fr. Inc. 22.

nudare: Ingurtham aut *praesidiis* nudatum: aut proelio certaturum Iug. $88_{,4}$.

privare: quod *fructu* laboris industriaeque meae privatus Cat. $35_{,3}$.

spoliare: ubi *armis virisque* et *pecunia* spoliatus est Iug. $62_{,8}$ Antiochus *omni* cis Taurum *agro* et decem *milibus* talentorum spoliatus est Ep. Mithr. 6.

Is autem, qui aliqua re liberatus vel spoliatus est, ea vacat et eget. Itaque verba carendi et egendi conjunguntur cum ablativo.

carere: haud facile *lubidinibus* carebat Cat. $13_{,15}$. *luxu* atque *licentia* carendum videt Or. Phil. 11.

egere: alterum ulterius *auxilio* Cat. $1_{,7}$ neque *fortuna* eget Iug. $1_{,3}$ *quibus* non egerem Iug. $14_{,3}$. Notum est verba egendi et carendi *genitivum* quoque assumere. Exstat apud Sallustium multis locis: eguisse *auxili* Iug. $14_{,23}$ $31_{,29}$ $57_{,1}$ neque *consili* neque *audaciae* unquam eguere Cat. $51_{,37}$ *nullius indigui* Iug. $110_{,2}$. Apud Ciceronem bis tantum inveniri *genitivum* testatur Draeger p. 559. affert ad Att. $7_{,22}$. egeo consilii. fam $9_{,3}$ ut medicinae egeamus. E Caesare adscribit bell. gall. $6_{,11}$ ne quis . . . auxilii egeret.

Adjectiva, quae vacuitatem, solitudinem et inopiam notant, conjunguntur cum praepositione *a.*

liber: quod mihi *a spe metu partibus* rei publicae animus liber erat Cat. $4,_2$ libera a patribus auctoribus suffragia Or. Macr. 15.

vacuus: Ablativus personae exstat fr. I. 101. vacuam istam urbem *viris.* Ubi res nominantur legimus praepositionem *a. a culpa* Cat. $14,_4$ *ab odio amicitia ira* atque *misericordia* vacuos esse decet Cat. $51,_1$ vacuum *a curis* nisi instantibus fr. III. 54. Genitivus Iug. $90,_1$ ager *frugum* vacuus.

inanis: tota autem insulam odica et *cultoribus* inanis fr. III. 30. cf. Ciceronem ad Att. $2,_{8,1}$ epistula inanis *aliqua re* utili et suavi.

Ablativus, qui subjunctus est participiis *natus, ortus, genitus,* verus est ablativus, nam respondet „unde" interrogantibus. Exempla Sallustiana sunt:

natus: *nobili genere* Cat. $5,_1$ haud *obscuro loco* Cat. $23,_1$ Praepositio *ab* vel *ex* nusquam legitur.

ortus: *ea familia* Cat. $31,_7$. Multi loci exhibent praepositionem *ex*: *ex concubina* Iug. $5,_7$ cf. $108,_1$ Improprie dictum est Cat. $51,_{27}$ omnia mala exempla ex rebus bonis orta sunt. Cat. $34,_2$ ne ex sua contentione seditio oriretur. *ex quibus* Iug. $6,_3$ *ex eo* Iug. $72,_1$. Praepositionem *ab* nullo loco repperi. cf. Cic. Tuscul. I. $10,_{21}$ quem ait a Deucalione ortum. Caesar bell. gall. $2,_{4,1}$ Belgas esse ortos ab Germanis.

genitus: filius *Nysa* . . . genitus Ep. Mithr. 9. genera arborum, quae humi *arido* gignuntur Iug. $48._3$. Praepositio ex legitur Iug. $5,_5$ $85,_{16}$. Hiempsalem ex sese genuit. mene an illos ex se gigni maluerint. *Genitivo* origo exprimitur Iug. $95,_3$ igitur Sulla *gentis* patriciae nobilis fuit.

Accedo ad ablativum, quem grammatici dicunt *comparationis.* Is *verus* est *ablativus*, qui abscedendi imaginem oculis subjiciat.

Si dicimus „pater major est", desideramus locum, ex quo illud „majus esse" cognosci potest; adjicimus *filio,* si spectamus a filio „vom Sohne aus gerechnet" bonum habemus sensum.

Hujusmodi ablativi circumscribi possunt particula „quam" conjuncta cum *nominativo* vel *accusativo*. Nominativus subaudiendus est his locis: quibus divitiae *bono honestoque potiores* erant Iug. $8,_1$ quibus bonum et aequum *divitiis* carius erat Iug. $15,_3$ neque *majus* quicquam neque *carius auctoritate* senati Iug. $22,_2$ turpis vita *integra fama potior* fuit Iug. $67,_3$ quae *potior bello* esset Iug. $83,_1$ quibus illa *epulis* jucundiora Iug. $85,_{41}$ tibi vero nulla *opportunior nostra amicitia* Iug. $102,_7$ *potior* visa est periculosa libertas *quieto consilio* Or. Lep. 26. qui profecto non *amplius* possunt *alimentis* carceris Or. Macr. 19.

Accusativus: cum initio non *amplius duobus milibus* habuisset Cat. $56,_2$ *morte graviorem* vitam exigunt Iug. $14,_{15}$ *omnia potiora fide* Iugurthae rebatur Iug. $26,_2$ omnia *bello* potiora duceret Iug. $62,_9$.

Ablativus pronominis relativi *qui* ponitur, ubi comparativus negatur: *qua* (scilicet amicitia) apud animum meum nihil *carius* habeo Iug. $110,_3$ *quo* neque *melius* neque *amplius* aliud in natura mortalium Iug. $2,_4$.

Ubi significatur, aliquam rem exspectationem superare, adhibentur ablativi:

opinione: quod Metellus *amplius opinione* morabatur Iug. $53,_5$ *opinione*, Quirites, *asperius* est Iug. $85,_3$.

spe: commeatus *spe* amplior Iug. $75,_8$ multo *celerius spe* Mithridatis fr. III. 12.

aequo: multi eas *gravius aequo* habuere Cat. $51,_{11}$.

modo: impensius modo legatos supplices mittere Iug. $47,_3$ *impensius modo* rebus suis diffidens Iug. $75,_1$.

Particula quam omissa est post *amplius* omnibus locis, ubi exprimit locum vel tempus. amplius *uno die* aut *una nocte* moratus Iug. $76,_1$ non amplius patet *milibus* quinque et triginta fr. IV. 19. Sequitur *accusativus:* non amplius *annos* triginta Cat. $59,_6$ non amplius mille passuum abesse Iug. $68,_3$. Interpositum est amplius Iug. $105,_3$ cum mille non amplius equitibus.

Ablativus qui positus est pro Locativo.

Locativus priscae latinitatis desinit in i. Significat locum, in quo aliquid sit et versetur. Locativi nominum urbium

noti sunt; tertiae quoque declinationis desierunt in i. *Carthagini*, sed brevi mutati sunt in e, quasi essent *ablativi*, praesertim quum in plurali numero eadem esset forma locativi et ablativi.

Affero *locativos*, quos inveni apud Sallustium: *Romae Numidiaeque* facinora memorat Iug. $33,_4$ quas *Faesulis* allatas sibi dicebat Cat. $30,_1$. natus et omnem pueritiam *Arpini* altus. Iug. $63,_3$. aegrotum *Tarenti* collegam fr. I. 78. *Narbone* per concilium Gallorum fr. I. 11.

Locativi substantivorum appellativorum hi sunt:

domi: Cat. $9,_2$ $17,_4$ $20,_{13}$ $36,_4$ $51,_{38}$ $52,_{21},_{23}$. Iug. 5,7 $8,_1$ $19,_1$ $63,_2$ $79,_7,_{10}$. Or. Phil. 15 fr. I. 9.

domi suae: Cat. $28,_1$ ac de improviso domi suae imperatum confodere cf. Cic. fam. $10,_{25}$ haec eadem locutus sum domi meae. domi suae M. Drusus occisus est Cic. Mil. 7.

domi militiaeque: Cat. $5,_9$ $6,_5$ $9,_1$ $29,_3$ $53,_2$. Iug. $14,_1$ $31,_{25}$ Or. Cott. 1.

militiae et *domi* fr. I. 1. res . . . militiae et domi gestas composui.

belli domique Iug. 41,7.

domi bellique Or. Cott. 6.

domi forisque Iug. $85,_3$ domi forisque omnia curare. Adverbium *foris* solum legitur Cat. $20,_{13}$ $52,_{21}$.

humi: Cat. $55,_3$, Iug. $85,_{33}$.

Quod locativus brevi in formam ablativi abiit, factum est, ut ablativus sine praepositione poneretur, cum quaerimus *ubi*.

Notae sunt formulae:

terra marique: Cat. $13,_3$.

mari atque *terra* Cat. $53,_2$.

coelo terraque Iug. $17,_5$ *caelo terraque* penuria aquarum.

Si quaeritur quo loco aliquid sit vel versetur, respondetur ablativo vocis ipsius „locus" vel praepositione *in*. Ubi substantivum *locus* conjunctum est cum adjectivo vel pronomine, ponitur ablativus solus:

locis opportunis: arma per Italiam parare Cat. $24,_2$.

locis aequioribus: expeditus . . . . sequeretur Cat. $57,_4$.

omnibus locis: trepidare Iug. $38,_5$. Romanorum ordines conturbare Iug. $50,_4$ oppugnare aut parare Iug. $60,_1$ pugnandi copiam facit Iug. $82,_1$ me . . . . lacerent Iug. $85,_{26}$.

superioribus locis: fessa consederat Iug. $51,_3$.

duobus locis: castra faciebant Iug. $55,_6$.

suo loco: pugnam facere Iug. $61,_1$.

alio loco: alio atque alio loco . . . requiescere Iug. $72,_2$. alio loco . . . dicturi sumus Iug. $95,_2$.

aliis locis: proelia multa . . . . facere Iug. $87,_1$.

locis idoneis: . . . vineas agere Iug. $76,_9$.

artis locis: . . . multitudinem . . . pugna prohibuere Ep. Mithr. 15.

multis locis: hominum vis . . . invasere fr. Inc. 25. Semel „*locus*“ translate positus idem significat quod status vel conditio Cat. $58,_5$. Utrum Sallustius praepositionem adjecerit necne, discerni non potest, nam MS inter se discrepant: nunc vero quo [in] loco res nostrae sint, juxta mecum omnes intelligitis. Livius ponit praepositionem cf. $7,_{35},_7$ in eo loco sunt res; omissa est $3,_{68},_3$ communis res per haec loco est pejore. Caesar dicit bell. gall. $2,_{26},_5$ quo in loco res esset. Ciceronem praepositionem omittere solere testatur Kühnast p. 184 Anm. cf. Draeger p. 521.

Semper usurpat Sallustius praepositionem si conjungit vocem „locus“ cum pronomine relativo, demonstrativo vel cum vocibus „idem“ et „ullus.“

in eo loco: Palaenis fratribus aras consecravere Iug. $79,_{10}$ grandis ilex coaluerat Iug. $93,_4$.

quo in loco: inter se obvii fuissent Iug. $79,_4$.

in ullo loco: amplius uno die . . . moratus Iug. $76,_1$.

quibus in locis: maximas hostium copias populus Romanus . . . fuderit Cat. $7,_7$.

in his locis: diutius . . . . esse Cat. $58,_6$.

in eisdem locis: operiri jubet Iug. $54,_9$.

in illis locis: tempestas . . . retinere Iug. 79,6.

Praeterea exstat praepositio apud adjectiva: advorsus et alienus.

in advorso loco victor tamen virtute fuisset Iug. $55,_1$, et qui sua loca defendere nequiverat, in *alienis* bellum gerere Iug. $54,_8$.

Adverbia *quo* et *qua* leguntur fr. III. 64. 58. Iug. $20,_8$ $50,_3$ $55,_8$ $59,_1$ $101,_{11}$ Cat. $57,_3$.

Ablativus *loco* praeeunte genitivo, qui significat „an Stelle von" exstat Iug. $14,_1$, vos mihi cognatorum *loco* ducerem Or. Phil. 5, praedae *loco* aestumantur. Praepositionem in, quam apud Ciceronem legimus, Verr. $3,_{48}$, in beneficii loco, p. red. in sen. 14, in filii loco fuisset; nunc certe erit in parentis cf. Draeger p. 521 nusquam inveni.

Ablativus vocis *via* semper significat locum, quo aliquid fit Cat. $11,_2$, sed ille *vera via* nititur. *sacra via* deducentis fr. II. 40. *solis viis* fr. I. 110. cf. Livius $2,_{11,7}$. Gabina via occultum considere, $33,_{37,2}$. Sine adjectivo quodam scriptum videmus ablativum Or. Macr. 2, et ire primum via qua capessendam arbitror libertatem Iug. $1,_3$, animus ubi ad gloriam virtutis via grassatur. *In via* quod exstat apud Livium $22,_{36,8}$, in via fornicata .. aliquot homines de caelo tacti etc. apud Sallustium non reperitur.

Eodem modo usurpatur vox *iter:*

divorso itinere malos a bonis loca tetra ... habere Cat. $52,_{13}$.

divorsis itineribus opifices atque servitia ... sollicitabant Cat. $50,_1$.

novo intinere maris domum hospitis violasse fr. III. 50.

transvorsis itineribus castra movere Iug. $45,_2$, quem *transvorso itinere* porrectum docuimus Iug. $49,_1$. Ubi deest adjectivum semper Sallustius adhibet praepositionem *in.* in itinere ... distribuerat Iug. $91,_1$, in itinere ... sese ostendit Iug. $105,_3$ cf. Caesar. bell. gall. $1,_{3,1}$.

Pars, quae notat locum semper assumit praepositionem in. Exempla congessi.

in ea parte curabat Iug. $60,_5$, in *ea parte, qua* Iug. $56,_1$ $59,_1$.

qua in parte rex affuit Iug. $74,_3$ cf. fr. IV. 51.

in dextra ... sinistra parte curare jubet Cat. $59,_3$ Iug. $100,_2$.

in altera parte: Cat. 41,$_2$ Livius multis locis ponit Ablativum: *posticis partibus.* 23,$_{8}$,$_8$ *alia parte.* 4,$_{9}$,$_{14}$ *altera parte* 23,$_{17}$,$_{42}$ *qua parte.* 18,$_1$ cf. Kühnast p. 183. Pluralem numerum *partibus* apud Sallustium non vidi. Omissa est pars: *dextra* Adherbalem assedit. Iug. 11,$_3$ *dextra, sinistra* omnibus occisis. Iug. 101,$_9$ Ablativus loci *terra* oppositus est voci *mari.* Ep. Mithr. 13 apud Chalcedona *terra* fudi, *mari* exui classe. Cat. 53,$_2$ *mari* atque *terra* praeclara facinora fecit cf. Livius 21,$_{41}$,$_4$. quia adsequi *terra* non poteram. 22,$_{19}$,$_4$ deinde minus *terra* ... concurrere ausus.

Sed latius paulatim manavit hic usus. Ablativi loci omissa praepositione aliorum quoque substantivorum leguntur. Inveni: plerumque milites *stativis castris* habebat Iug. 44,$_4$. cf. Livium 31,$_{39}$,$_3$. *iisdem stativis.* Castris sine adjectivo exstat Ep. Pomp. 5. hiememque *castris* inter saevissimos hostes ... egi. Et fortasse hoc loco numerandus est Iug. 64,$_4$. is eo tempore *contubernio* patris ibidem militabat „in der Suite seines Vaters dienen“ nisi „contubernio“ ablativum modi habere mavis.

Ablativi loci praeterea sunt: *moenibus* Iug, 28,$_2$, placeretne legatos Iugurthae recipi moenibus. Se recipere Sallustius semper conjungit cum praepositione *in* sequente accusativo: in unum Iug. 50,$_5$. in loca saltuosa et natura munita Iug. 54,$_3$ etc. Metellum *omnibus contionibus* capitis arcessere Iug. 73,$_5$. *contionibus* populum .. hortari 30,$_3$, aut consulatus meorum majorum ostentare, at, si res postulet, hastas vexillum phaleras, alia militaria dona, praeterea cicatrices *advorso pectore* Iug. 85,$_{29}$. *advorso colle,* sicuti praeceptum fuerat, evadunt Iug. 52,$_3$. Catilina cum exercitu *faucibus* urguet Cat. 52,$_{35}$. vertimus „sitzt uns an der Kehle“. ad Siciliam vergens *faucibus ipsis* non amplius patet milibus quinque et trigenta fr. IV. 19. *Eburinis jugis* occultus ad Naris ... pervenit fr. III. 67. *secundo mari* Cyrene prima est Iug. 19,$_3$. Conferendi sunt loci Caesariani: secundo flumine iter facere bell. gall. 7,$_{58}$,$_5$. adverso flumine proficisci bell. gall. 7, 60,$_3$. 61,$_3$. cf. Liv. 24,$_{40}$,$_2$. copias, fidem, magnitudinem regis sui et alia, quae utilia aut benevolentiae esse credebant, *oratione* extollunt Iug. 103,$_7$.

Ablativi loci adjectivorum, *totus, cunctus, medius, reliquus, omnis,* qui a Caesare et Cicerone multis locis ponuntur, ubi sedes alicujus rei indicatur, apud Sallustium non inveniuntur, sed ablativus adjectivi *plerusque* exstat Iug. $79,_2$, qua tempestate Carthaginienses *pleraque Africa* imperitabant. Iug. $85,_{21}$. atque etiam, cum apud vos aut in senatu verba faciunt, *pleraque oratione* majores suos extollunt.

Interdum difficile est dijudicatu, utrum ablativi sint loci, an temporis, ut in his locis, quibus leguntur substantiva, proelium et fuga. uti *equestri proelio* solet Iug. $59,_3$, pluresque *eo proelio* quam *omnibus superioribus* interempti Iug. $99,_3$, quod saepe majores *asperis bellis* fecere Or. Cott. 10. nam *bello* quid valeat tute scis Iug. $102,_{11}$, *omnibus proeliis* sese victos Iug. $62,_1$, *ea fuga* Iugurtha impensius modo rebus suis diffidens ... Thalam pervenit Iug. $75,_1$, quae sibi *duobus proeliis* venerant Iug. $103,_2$.

Locativus translatus est ad significandum *tempus,* quo aliquid fit. Priscae latinitatis locativi *heri, vesperi, tempori* vel *temperi,* qui leguntur apud Plautum et Terentium, apud Sallustium non inveniuntur. Habet locativum *militiae:* plerosque *militiae,* paucos fama cognitos adsciscere Iug. $84,_2$, *belli* conjunctum cum locativo *domi*: belli domique agitabatur Iug. $41,_7$, domi belli-que Or. Cott. 6. Ubi primum locativi forma cum ablativo coaluit, ablativus eodem munere *temporis* fungebatur, quo antea locativus. Quare ablativus notat tempus, quo quid fit, in notis illis vocibus: *tempus, tempestas, dies, nox, annus, mensis, hiemps, vigilia.*

ea tempestate: Cat. $7,_1$, $17,_7$ $22,_1$ $24,_3$ $36,_4$ Iug. $8,_1$ $13,_7$ $30,_4$ $32,_5$ $35,_1$ $37,_1$ $40,_5$ $65,_5$ $90,_1$ $114,_4$ Ep. Mithr. 10. fr. Inc. 33.

hac tempestate: capienda videntur Iug. $3,_1$ Or. Lep. 10.

multis et *magnis tempestatibus* vos cognovi Cat. $20,_3$, *multis tempestatibus* Cat. $53,_5$.

alio tempore: potest alio tempore ... credi Cat. $51,_{36}$.

eo tempore: Cat. $48,_7$ $50,_4$ Iug. $55,_8$ $64,_4$ $80,_1$.

eodem tempore: Cat. $18,_4$ Iug. $60,_1$ $74,_1$ $85,_{33}$, *eodem* tempore „zu gleicher Zeit“ fr. III. 70, *eodem illo tempore* Cat. $51,_{39}$.

quo tempore: magis fides ejus quam fortuna petenda erat Iug. $14,_5$.

illo aliisque temporibus pudore magis ... exercitum coercebat Iug. $100,_4$,

iisdem temporibus Romae Lentulus Cat. $39,_6$ $42,_1$ $49,_1$.

his temporibus vereor Cat. $51,_{35}$.

quibus temporibus magistratus adeptus sum Iug. $4,_4$.

eo die: facinus patratum foret Cat. $18,_8$.

certo die legati domo proficiscerentur Iug. $79,_4$.

illo die responsurum Iug. $109,_3$.

postero die in deditionem accipitur Iug. $29,_5$ $38,_9$ $59,_1$ $68,_2$ $75,_9$ $112,_1$ fr. IV. 4. 6.

quarto die speculatores sese ostendunt Iug. $101,_1$.

quinto die Volux ... sese ostendit Iug. $105,_3$.

sexto die ... maxima vis utrium effecta Iug. $91,_1$.

superiore die murum aggreditur Iug. $59,_1$.

uno die patratum bellum foret Iug. $21,_3$.

aliis diebus adversum hostes aderant Iug. $94,_3$.

superioribus diebus praedae fuerat Iug. $90,_2$.

ea nocte paulo post Cat. $28,_1$ Iug. $113,_3$.

intempesta nocte: conjurationis principes convocat Cat. $27,_3$ $32,_1$ Iug. $38,_4$.

idem *proxima* (scil. nocte) facit: dein *tertia* pervenit Iug. $91,_3$.

proxima nocte: cetera multitudo ... exequeretur Cat. $43,_1$.

eodem anno in Macedonia G. Curio ... pecunias Appio dictas coegit fr. II. 33.

proximo anno ... consulatum gerebat Iug. $35,_2$.

superiore anno: Metelli exercitum stipendio frumetoque aluit Ep. Pomp. 9. Or. Macr. 11.

superioribus annis taciti indignabamini Iug. $31,_9$.

Kalendis Ianuariis ... consules interficere Cat. $18,_5$ Iug. $114,_3$.

mense Januario: ex hibernis evocat Iug. $37,_3$.

tertio mense pervenere in Pontum fr. III. 12.

hieme aspera: pervenit ad oppidum Iug. $37,_3$.

prima vigilia silentio egredi jubet Iug. $106,_4$.

secunda vigilia fr. III. 67.

Omnibus his locis conjunctae sunt voces, quae tempus indicant cum attributo quodam, soli ablativi exstant:

hieme: augere copias fr. Inc. 36.

die: die noctuque exercitum temptabat Iug. $38,_3$, die noctuque fatigare animum Iug. $70,_1$.

vespera fr. II. 76.

Voces, quae per se ipsas tempus non indicant, tamen interdum notionem temporis suscipiunt. Exempla Sallustiana sunt:

primo congressu pulsi fugatique Iug. $74,_3$.

primo conventu ... placuerat dividi thesauros Iug. $12,_1$.

memoria nostra argentum aere solutum est Cat. $33,_3$ $51,_{32}$.

memoria mea ingenti virtute ... Cato Cat. $53,_6$, praesertim cum *his civilibus armis* dicta alia, sed certatum utrimque de dominatione in vobis sit Or. Macr. 11. Praepositio *in* posita est fr. I. 5, neque me divorsa pars *in civilibus armis* movit a vero.

Mithridates *extrema pueritia* regnum ingressus fr. II. 45.

Fimbriana seditione: fr. II. 49.

prima luce: fr. III. 67.

rumore primo fr. Inc. 9.

Ablativus vocis *bellum* significantis tempus, fere omnibus locis usurpatur, quibus attributum adjectum est: *bello Macedonico* Cat. $51,_5$, *Gallico* Cat. $52,_{30}$, *Cimbrico* Cat. $59,_3$, *Punico secundo* Iug. $5,_4$, *Numantino* Iug. $7,_2$ $9,_2$, *Carthaginiensi* Iug. $14,_5$, *Iugurthino* Iug. $19,_7$, *Marsico* fr. I. 55, *bellis Punicis* Cat. $51,_6$, *assiduis bellis* fr. I. 9, *Punico* atque *aliis bellis* Iug. $42,_1$. Duobus locis inveni praepositionem *in:* uti *in omnibus bellis* adesset vobis Iug. $14,_{13}$, in *bello vario* et multarum rerum egenti usui esse solent Iug. $43,_3$. Haud scio an praepositio perpetuitatem quandam temporis significet. Livius sine ullo discrimine notionis multis locis praepositionem *in* adhibere solet cf. Kühnast p. 181.

Ablativi temporis *bello* et *pace,* omisso adjectivo, leguntur:

Cat. $3,_1$ vel *pace* vel *bello* clarum fieri licet. Iug. $19,_7$ neque *bello* neque *pace* antea cognitus. Iug. $39,_1$ qui *bello* praeclari fuerant. Iug. $102,_{11}$ *bello* quid valeat, tute scis. cf. Liv. $44,_{6,7}$. $23,_{12,11}$, *pace* ac *bello* $24,_{1,3}$, *bello* et *pace* $42,_{50,11}$. Ubi *locus* magis spectatur, invenimus praepositionem *in*. *in bello* Cat. $2,_2$ $9,_{3,4}$ $58,_2$, *in pace* ita ut *in bello* Cat. $2,_3$, *in pace* Cat. $9,_5$ $51,_6$. Apud Livium quoque legimus praepositionem cf. $26,_{26,11}$ etc.

Quod si *primo proelio* Catilina superior aut aequa manu discessisset Cat. $39,_4$. *In proelio* Cat. $61,_{5,7}$ $58,_{17}$. Iug. $107,_1$. *in agmine in proelio* ... vobiscum ... adero Iug. $85,_{47}$.

Ablativus temporis „*ludis*“ exstat fr. II. 90, *ludis* Apollini *circensibus*.

Cum genitivo quodam conjunctum est *principio*. Curio *principio veris* cum omni exercitu profectus fr. II. 33, *diei medio* fr. II. 77.

Ablativum *nocte* Sallustius nusquam adhibet, semper ponit adverbium *noctu* cf. Iug. $12,_4$ $23,_2$ $56,_4$ $72,_1$ $76,_1$ $106,_{2,4}$.

Multis locis reperitur ablativus *initio:* igitur *initio* reges ... divorsi pars ingenium ... exercebant Cat. $2,_{1,4}$ $3,_3$ $6,_{1,6}$ $39,_5$ $56,_{2,5}$ Iug. $6,_2$ $12,_5$ $17,_7$ $18,_1$ $28,_7$ $66,_2$ $102,_1$ Ep. Mithr. 8. *initio* occidit Hiempsalem *deinde* Iug. $24,_6$. Genitivus subjunctus est Iug. $80,_4$, *initio* hujusce belli. Livius ponit praepositionem *ab* vel conjungit ablativum cum genitivo quodam cf. $6,_{40,3}$, jam inde ab initio nihil antiquius in re publica patrum majestate fuisse cf. $45,_{27,5}$. Kühnast p. 182.

Adverbii loco ponuntur:

brevi: Cat. $7,_3$ quantum brevi creverit, Cat. $44,_2$ Iug. $2,_2$ $7,_4$ $12,_4$ $13,_1$ $18,_{3,11}$ $19,_1$ $22,_4$ $25,_5$ $45,_3$ $49,_5$ $58,_6$ $63,_3$ $96,_4$ fr. III. 34.

primo: tantum modo belli moram redimebat Iug. $29,_3$.

triduo navim ascendere Iug. $25,_5$.

Adverbia diu et noctu inter se conjuncta sunt: *diu noctuque* Iug. $38,_3$ $44,_5$ $70,_1$, *noctu diuque* fr. II. 54.

Ablativus temporis omissa praepositione interdum interpretandus est: „nach einer Zeit“. *paucis diebus* „wenige Tage

nachher". Iug. 13, $_6$ paucis diebus cum auro et argento multo Romam mittit. Iug. 35, $_9$ et ipse paucis diebus eodem profectus est. 46, $_5$ paucis diebus intento atque infesto exercitu in Numidiam procedit. 64, 5 paucis diebus Iugurtham in catenis habiturum. 86, $_4$ paucis diebus Uticam advehitur. 107, $_7$ deinde paucis diebus quo ire intenderat perventum est. Non solum temporis punctum, sed longius temporis spatium intra quod aliqua res facta est vel fiat necesse est significat ablativus. Iug. 38, $_9$ praeterea uti *diebus decem* Numidia decederet „innerhalb zehn Tagen". Iug. 24, $_1$ *paucis diebus* jussa efficiunt. 39, $_4$ *paucis diebus* in Africam proficiscitur. Iug. 11, $_6$ nam ipsum illum *tribus proximis annis* in regnum pervenisse. Ep. Pomp. 4 *diebus quadraginta* exercitum paravi. Iug. 31, $_2$ *his annis quindecim* quam ludibrio fueritis superbiae paucorum. Cat. 55, $_1$ noctem quae instabat antecapere, ne quid *eo spatio* novaretur. Cat. 56, $_2$ ac *brevi spatio* legiones numero hominum expleverat. Iug. 87, $_3$ sic *brevi spatio* novi veteresque coaluere. Sed praepositio quoque usurpatur a Sallustio ad significandum temporis spatium intra quod aliquid fit. Ing. 28, $_2$ uti *in diebus proximis decem* Italia decederent. Iug. 96, $_1$ sollertissimus omnium *in paucis tempestatibus* factus est. Ubi deest attributum praepositio *in* semper notat perpetuitatem temporis. Cat. 39, $_2$ quo plebem *in* magistratu placidius tractarent, nos vertimus „während der Dauer ihres Amtes". Cat. 57, $_4$ impeditos in fuga sequeretur. Iug. 97, $_3$ contra Romanis utrumque casum in tenebris difficiliorem fore. Or. Phil. 1 rem publicam quietam esse aut in periculo a promptissimo quoque defendi. Or. Phil. 7 quibus quies in seditionibus in pace turbae sunt.

Interdum praepositio in apponitur vocibus ipsis *tempus, tempestas, dies* ubi non tempus ipsum exprimunt, sed rerum condicionem, quae eo tempore obtinent. Nos vertimus non „in, während", sed *„bei"*. Cat. 48, $_5$ tamen quia *in tali tempore* tanta vis hominis magis lenienda quam exagitanda videbatur. Id est *pro* rerum eo tempore condicione „bei einer solchen Lage". cf. Livius 30, $_{37, 8}$ etc. Kühnast p. 180. Iug. 78, $_3$ uti fors tulit, alta alia, *alia in tempestate* vadosa. cf. Liv. 22, $_{56, 4}$ nec ulla in

illa tempestate matrona expers luctus fuerat. Iug. 66,$_3$ inermos, quippe *in tali die,* ac sine imperio, aggrediuntur.

Locus magis spectatur Cat. 22,$_2$ sicuti *in sollemnibus sacris* fieri consuevit. Cat. 29,$_2$ quod plerumque *in atroci negotio* solet. Cat. 30,$_2$ id quod *in tali* re solet. Cat. 43,$_3$ facto, non consulto *in tali periculo* opus esse.

Nonnullis locis perpetuitas temporis ablativo solo indicatur Iug. 94,$_3$ quamquam *toto die* intentos proelio Numidas habuerat cf. Caes. bell. civil. 1,$_{47,3}$ *quinque horis* proelium sustinuissent. Iug. 54,$_1$ in iisdem castris *quadriduo* moratus. Accusativum ponit Sallustius Iug. 69,$_3$ biduum modo ex perfidia laetati 91,$_3$ 106,$_1$.

In tempore, ἐν χρόνῳ, id est *suo* vel *opportuno tempore* legitur Iug. 56,$_2$ in tempore semet cum exercitu affore. Ep. Mithr. 18. fr. I. 18.

Ablativus, qui positus est pro Instrumentali.

Communis fons ablativorum, quos grammatici dicunt *ablativos instrumenti, causae* et *modi,* casus instrumentalis priscae latinitatis est. Itaque haec tria ablativi genera ita inter se similia sunt, ut multis locis discerni non possit, utrum sermo sit de instrumento, an causa an modo. Quid sit, ex totius enunciati natura atque sensu colligendum est, nam eodem substantivo instrumentum, causam, modum exprimere possumus. Unum affero exemplum: mihi multo labore pecuniam peperi. Vocibus „multo labore" instrumentum indicari, inter omnes constat. Sin dico: „multo labore" pecunia parta est, eaedem voces indicant causam vel modum. In priore enunciato praedicatum activa forma profertur, quod significat imaginem hominis agentis. Eam autem rem, cujus opera homo aliquid faciat, instrumentum esse, nemo est quin neget. In posteriore enunciato subjectum est res acta. Quod res autem instrumento uti non potest, id quod unius hominis est, hoc loco „multo labore" vel *causam* vel *modum* rei actae indicat. Quare fit, ut in verbis passivis vel intransitivis raro dijudicari possit, utrum ablativus sit instrumentalis an causalis. Si rem gestam spectamus, causalis videtur, si hominem agentem instrumentalis. Tales ablativos nominamus: „Ablative instrumenti mit causaler Bedeutung."

Omnes ablativos instrumentales, qui leguntur apud Sallustium enumerare, longum est. Affero, quos congessi et in ordinem quendam redegi. *Partibus corporis* primum utimur instrumentis et agendi subsidiis: aut *manu* significare aut

niti *corporibus* Iug. $60,_4$. interdum timidos insolentia itineris levare *manu* Iug. $94,_2$. Marium *sua manu* interfectum Iug. $101,_6$. *manu* tenens Cat. $46,_6$. quascunque urbis et agros *manu* ceperat Iug. $5,_4$. quod armatus *dedecore* magis quam *manu* salutem quaesiverat Iug. $39,_1$. *manu* consulere militibus Iug. $98,_1$. certare *manu* Or. Cott. 6. injurias suas *manu* vindicaturum Iug. $20,_4$. non *manu* neque *vi*... verum *quaestionibus* et *indicio* ipsius Iugurthae (vindicandum sit) Iug. $31,_{18}$. *manu pene ventre* bona patria laceraverat Cat. $14,_2$. superadstantium *manibus* in murum attollitur fr. I. 74. *capite* poenas solvere Iug. $69,_4$. *pedibus* in sententiam Tiberi Neronis iturum se dixerat Cat. $50,_4$.

Verba et *dicta* interdum instrumenta sunt, quibus cogitationes nostras proferimus. quantum eam *verbis* potuere ex tollere praeclara ingenia Cat. $8,_4$. ad hoc *male dictis* increpabat omnis bonos Cat. $21,_4$. ceteri *verbo* alius alii varie assentiebantur Cat. $52,_2$. Lentulum dissimulantem coarguunt praeter litteras *sermonibus* Cat. $47,_2$. *barbara lingua* Mauros pro Medis appellantes Iug. $18,_{10}$. quae hujuscemodi *verbis* disseruit Iug. $30,_4$. mandata *verbis* dat Cat. $44,_6$. *verbis* et vatum *carminibus* pacem optatis magis quam defenditis Or. Phil. 3. *verbis* arma temptabitis Or. Phil. 17. exsultare, strepere *vocibus* Iug. $98,_6$. hominem *secunda oratione* extollit Iug. $65,_3$. ut turpia facta *oratione* tegunt Iug. $85,_{31}$. Bocchi animum *oratione* accendit Iug. $81,_1$. et eos non paulum *oratione sua* Marius arrexerat Iug. $84,_4$. quae *fama* acceperat Iug. $9,_3$.

In locutionibus quibusdam substantivum *verbum* omissum est:

paucis absolvam Cat. $4,_3$ $38,_3$, fr. I. 2. *disserere* Cat. $5,_9$. *respondere* Iug. $15,_1$. *exponere* Iug. $17,_1$. *dicere* Iug. $95,_2$. *accipere* Iug. $110,_6$.

paucissimis: *absolvere* Iug. $17,_2$. *dicere* Iug. $17,_7$.

multis: *disserere* Iug. $111,_1$. Or. Macr. 1.

Instrumenta et adjumenta, quibus aliquid efficitur, ea sunt, quae ex animo variaque ejus natura manant:

nam contra tantas difficultates *consilio* satis providere non poterat Iug. $90,_1$. res *forte* quam *consilio* melius gesta Iug. $92,_6$.

nihil *consilio* neque *imperio* agi, fors omnia regere Iug. 51,$_1$. nisi tamen res publica pariter ac *saevissimo imperio* bene atque decore gesta Iug. 100,$_5$. cujus *consilio* tantam rem esset mentitus Cat. 48,$_6$ cf. Iug. 40,$_1$. *quorum consilio.* igitur utriusque *consilio* dies insidiis statuitur Iug. 70,$_3$. quantum *ingenio* possem, aperirem Cat. 53,$_6$, quae *ingenio* exercentur Iug. 4,$_1$. totum ejus regnum *animo* jam invaserat Iug. 20,$_6$. ipse longe aliter *animo* agitabat Iug. 11,$_1$. quae animo agitabat Iug. 63,$_1$. aliter atque *animo* gerebat Iug. 72,$_1$. mederi fraternae invidiae *animo* ardebat Iug. 39,$_5$. Aliis locis legitur praepositio *cum*: cum animo habere Iug. 11,$_8$. trahere cum animo Iug. 93,$_1$. cum animo reputare Iug. 13,$_5$ etc. neque ex tanta properantia tam facile tractum bellum socordia magis quam *dolo* crederent Iug. 36,$_3$. nihil *dolo* factum, ac magis *calliditate* Iugurthae Iug. 107,$_3$. cum *natura loci* tum *dolo* ipsi atque signa militaria obscurati Iug. 49,$_5$. huic quia bonae artes desunt, *dolis* atque *fallaciis* contendit Cat. 11,$_2$. *dolis* haud difficulter capiebantur Cat. 14,$_5$. ubi me *iisdem dolis* non quit capere Iug. 14,$_{11}$. si talem virum *dolis* interfecisset Iug. 6,$_3$. *dolis* vitae suae insidiatum Iug. 22,$_4$. per vim aut *dolis* temptare Iug. 23,$_1$. *vi* aut *dolis* sese casum victoriae inventurum Iug. 25,$_9$. ubi se *dolis* fatigari videt Iug. 56,$_1$. nationes ferae et populi ingentes *vi* subacti Cat. 10,$_1$. cf. Cat. 43,$_2$ Iug. 3,$_2$ 13,$_2$. imperium facile *iis artibus* retinetur, quibus partum est Cat. 2,$_4$. quae utraque *eis artibus* auxerant, quas supra memoravi Cat. 5,$_7$. *duabis his artibus, audacia* in bello, ubi pax evenerat, *aequitate* seque remque publicam curabant Cat. 9,$_3$. se *suis artibus* temptari animum advortit Iug. 48,$_1$. non *iisdem artibus* imperium a vobis petere Iug. 85,$_1$. furtim et per latrocinia potius quam *bonis artibus* ad imperia... nituntur Iug. 4,$_7$. *ea arte* se quisque in formam parmae equestris *clupeo* armabat fr. IV. 1. pericula *virtute* propulerant Cat. 6,$_5$. quae majores *virtute* peperere Or. Lep. 3. Italici, quorum *virtute* moenia defensabantur Iug. 26,$_1$. victor tamen *virtute* fuisset Iug. 55,$_1$. quas necesse est *virtute* et *innocentia* tutari Iug. 85,$_4$. quo facilius errata *officiis* superes Iug. 102,$_{10}$. amici, quos neque *armis* cogere neque *auro* parare queas: *officio* et

fide pariuntur Iug. $10,_4$. Bocchum magis *Punica fide* quam ob ea quae praedicabat simul Romanum et Numidam *spe* pacis attinuisse Iug. $108,_3$. Aulum *spe* pactionis perpulit Iug. $38,_2$. naturam ipsam... *industria* vicerat Iug. $76,_1$. *pudore* magis quam *malo* exercitum coercebat Iug. $100,_5$. ita *cupidine* atque *ira,* pessimis consultoribus grassari Iug. $64,_5$. saepe *gratia* interdum *jurgiis* trahendo tempus Iug. $27,_1$. sui expurgandi, ubi *jurgio* lacessitus foret Cat. $31,_5$. *judiciis* ceteros terrere Cat. $39,_2$. paricidae sacrilegi convicti *judiciis* Cat. $14,_3$. quos manus atque lingua *perjurio* aut *sanguine civili* alebat Iug. $14,_3$. quos per fidem aut *perjurio* violasti Or. Phil. 15. Praeterea adscripsi ablativos instrumentales hos: *verberibus* animadvertebant in cives Cat. $51,_{39}$ u. $_{21}$. *beneficiis* magis quam *metu* imperium agitabant Cat. $9,_5$. cf. $91,_7$. Iugurtham *beneficiis* vincere aggressus est Iug. $9,_3$. cf. $102,_{11}$. *beneficio meo* fratres sunt Iug. $10,_3$. se *omnibus flagitiis* dedecoravere Iug. $85,_{42}$. quae *plurimis laboribus* et *periculis* quaesivi Iug. $85,_{30}$. sumptus *stupro* corporis toleraverat Cat. $24,_3$. Antonium *pactione* provinciae perpulerat Cat. $26,_4$. *concessione* Asiae avortere Ep. Mithr. 6. quia *pacto* vitam dederant Ep. Mithr. 7, cf. fr. Inc. 84. namque *edicto* primum adjumenta ignaviae sustulisse Iug. $45,_2$. cf. fr. III. 67. *decretis suis* inopiae ejus opitulati sunt Cat. $33,_3$. *testamento* pariter cum filiis heredem instituit Iug. $9,_3$. *testamento* nobis data fr. II. 39. neque *pretio* neque *gratia* Ciceronem impellere quivere Cat. $49,_1$. cf. Iug. $29,_3$. *conviviis* gratiam quaerere Iug. $4,_3$. exercitum *supplicio* cogere Iug. $85,_{35}$. ii neque *moribus* neque *lege* aut *imperio* regebantur Iug. $18,_2$. cf. $100,_5$. *lege Sempronia* provinciae decretae Iug. $27,_3$. *lege Gabinia* Bithyniam et Pontum consuli datam fr. V. 10. nisi forte *repentina ista frumentaria lege* munia vestra pensantur Or. Macr. 19. iis utendum censeo, quae *legibus* comparata sunt Cat. $51,_8$. *quibus legibus* exilium damnatis permissum est Cat. $51,_{40}$. *legibus* ambitus interrogatus Cat. $18,_2$. ipse *lege Plautia* interrogatus erat ab L. Paulo Cat. $31,_4$. delubra deorum *pietate* domos suas *gloria* decorabant Cat. $12,_4$. regnumque meum *gloria* honoravisti *tuaque virtute* nobis Romanos ex

amicis amicissimos fecisti Iug. 10,$_2$. *gloria* invidiam vicisti Iug. 10,$_2$. sed bono vinci satius est quam *malo more* injuriam vincere Iug. 42,$_3$. pecuniam *sua* aut amicorum *fide* sumptam mutuam Cat. 24,$_2$. *socordia* atque *desidia* bonum otium conterere Cat. 4,$_1$. *usu* militiam discere Cat. 7,$_4$. ea omnia *luxu* antecapere Cat. 13,$_3$. *honestis nominibus*... bonum publicum simulantes pro sua quisque potentia certabant Cat. 38,$_3$. *jure* potius quam *bello* disceptare Iug. 21,$_4$. *morte* poenas dedit Cat. 52,$_{31}$. *magnitudine sua* imperatorum... vitia sustentabat Cat. 53,$_5$. *strepitu* et *tumultu* omnia miscere Iug. 12,$_5$. ne *polluta licentia* invidiam accenderet Iug. 15,$_3$. quorum *auctoritate* quae deliquisset munita fore sperabat Iug. 28,$_4$. quorum *potentia* aut *scelere* cuncta ea gesserat Iug. 33,$_2$. *armis* aut *deditione* aut quovis modo bellum conficeret Iug. 36,$_1$. belli modo, modo pacis *mora* consulem ludificari Iug. 36,$_2$. quod *diuturnitate* belli res familiaris corruperant Iug. 64,$_6$. quam vitare posse *celeritate* putabat Iug. 76,$_1$. non *hereditate* relicta Iug. 85,$_{30}$. *capite* censos plerosque Iug. 86,$_2$. *bello* concordiam quaeris Or. Phil. 15. *sumptibus* et *contumeliis* ex rege miserrimum servorum effecere Ep. Mithr. 8. neu malis *pernicie nostra* tuam prolatare quam *societate* victor fieri Ep. Mithr. 23. omnia... supplicia *scelere meo* vici Or. Cott. 3. neu cogatis *necessitatibus* privatim mihi consulere Ep. Pomp. 8 qua non *gloria* movemini neque *flagitio* cunctaque *praesenti ignavia* mutavistis Or. Mac. 26. *servili imperio* patres plebem exercere fr. I. 9. militis... *laxiore imperio* quam antea habere Iug. 64,$_5$, *scorpione* in castra misere fr. III. 36. *rapto* vivere coacti fr. III. 52. *sorte* ductos *fusti* necat fr. IV. 5. etc. etc.

Gerundium et gerundivum significat instrumentum: magisque *dandis* quam *accipiendis beneficiis* amicitias parabant Cat. 6,$_5$. quas urbes *natura* munitas *pugnando* cepit Cat. 7,$_7$. multa *pollicendo* per Fulviam effecerat Cat. 26,$_1$. senatum *criminando* plebem exagitare Cat. 38,$_1$. dein *largiendo* atque *pollicitando* magis incendere Cat. 38,$_1$. *nocturnis consiliis* armorum atque telorum *portationibus*, *festinando agitando* omnia plus timoris

quam periculi effecerant Cat. 42,$_2$. illos *dubitando* et dies *prolatando* magnas opportunitates corrumpere Cat. 43,$_3$. ipsi singulatim *circumeundo* atque *ementiendo* .... invidiam conflaverat Cat. 49,$_4$. Caesar *dando sublevando ignoscendo* Cato nihil *largiendo* gloriam adeptus est Cat. 54,$_3$. ea *commemorando* militum animos accendebat Cat. 59,$_6$. contra *reputando* ... invenias Iug. 1,$_2$, neque aliud se *fatigando* nisi odium quaerere Iug. 3,$_3$. memet studium meum *laudando* extollere Iug. 4,$_2$. non mediocrem animum *pollicitando* accendebant Iug. 8,$_1$. quaecunque possint *largiendo* parare Iug. 13,$_6$. singulos ex senatu *ambiundo* nitebantur Iug. 13,$_8$. *dando* et *pollicitando* multa perfecit Iug. 16,$_3$. suos *hortando* ad virtutem arrigere Iug. 23,$_1$. multa *pollicendo* ac *miserando* casum suum confirmat Iug. 23,$_2$. ne amplius *morando* Scaurum .... incenderet Iug. 25,$_{10}$. *interpellando* ac saepe *gratia* interdum *jurgiis trahendo* tempus atrocitatem facti leniebant Iug. 27,$_1$. et urbes aliquot *pugnando* cepit Iug. 28,$_7$. ne *ignoscendo* malis bonos perditum eatis Iug. 31,$_{27}$. haec atque alia hujusce modi saepe *dicendo* ... persuadet Iug. 32,$_1$. ad ea patranda senatus *auctoritate* socii nomenque Latinum et reges ultro auxilia *mittundo* postremo omnis civitas summo studio adnitebatur Iug. 43,$_4$. ita *prohibendo* a delictis magis quam *vindicando* exercitum ... confirmavit Iug. 45,$_3$. ac paulatim *tentando* ... multa *pollicendo* persuadet Iug. 46,$_4$. *pollicendo minitando obtestando* alium alio modo excitare Iug. 49,$_4$. eminus *pugnando* retinere Iug. 51,$_5$. *formidine* aut *ostentando* praemia affectare Iug. 66,$_1$. omnia *tentando* socium sibi adjungit Iug. 70,$_2$. ne moras *agitando* aliud quam bellum mallet Iug. 81,$_4$. et *ambiundo* cogere homines Iug. 84,$_2$. quae illi *litteris,* ea ego *militando* didici Iug. 85,$_{13}$. haec atque talia majores vestri *faciundo* seque rempublicam celebravere Iug. 85,$_{36}$. partim *vi* alia *metu* aut praemia *ostentando* avortere Iug. 89,$_1$. neu te optumum cum pessimo omnium Iugurtha *miscendo* commaculares Iug. 102,$_5$. et *ignoscendo* populi Romani magnitudinem auxisse Or. Phil. 6. sibi quisque opes aut patrocinia *quaerendo* consilium publicum corruperunt Or. Phil. 16. neu *prolatandis seditionibus* ... nos in sollicitudine attineas Or. Phil.

16. quo usque *cunctando* rem publicam intutam patiemini Or. Phil. 17. patrum decreta vos *exequendo* rata efficitis Or. Macr. 16. restantem *pugnando* vicit fr. I. 75. ad hoc *rumoribus* advorsa in pravitatem ... *declinando* corrumpebant fr. II. 30.

Res arte factae multis locis significant instrumentum: libertatem patriam parentes *armis* tegere Cat. $6,_5$, $36,_1$, Iug. $87,_2$. *tenere* Iug. $24,_7$. *tutari* Iug. $110,_6$ etc. minari interdum *ferro* Cat. $23,_3$. *ferro* aut bestiis interiere Iug. $17,_6$, cf. Cat. $58,_7$, Iug. $38,_9$, $42,_4$ etc. *gladio* se a multitudine defendit Cat. $45,_4$ cf. $49,_4$, $60,_2$ etc. *laqueo* gulam fregere Cat. $55,_5$. *tuba* signum dat Cat. $60,_1$. *vallo* atque *fossa* moenia circumdat Iug. $23,_1$. *scalis* egressi Iug. $60,_6$ etc. etc.

Praepositio *a*, quae adhibetur ubi *personae* aliquam rem efficiunt, tamen interdum *rebus* subjungitur eo consilio, ut causa et origo magis significetur. Abhorret quidem haec dicendi ratio ab usu bonorum scriptorum, tamen exstant exempla. E Sallustio congessi: ut vobis animus *ab ignavia* atque *socordia* corruptus sit Iug. $31,_3$, contra Iug. $95,_3$, familia ... exstincta *ignavia* majorum. *a duobus* praedonum myoparonibus circumventa fr. III. 56. quod ab eo genere celebratus auctusque erat Iug. $86,_3$. pars edocti ab nobilitate Iug. $66,_4$. Similes locos e Livio sumptos affert Kühnast p. 159. captus a Romanis navibus $25,_{23,8}$. oppressus a tribunicia potestate $2,_{54,5}$. De exemplis Caesarianis confer Fischer § 28. cohortes intritae *ab* labore erant bell. gall. $3,_{26,2}$, cum aquilifer a viribus deficeretur bell. civil. 3. $64,_3$, cf. Cicero de off. I. 32. 118. a natura. pro leg. agr. $2,_{35,95}$, a vitae consuetudine, et alia exempla, quae affert Draeger p. 549. Ubi personarum opera aliquid efficitur invenimus praepositionem *per*: mulieres etiam aliquot ... per eas se Catilina credebat posse servitia urbana sollicitare Cat. $24,_4$, cf. $26,_3$, $29,_3$, $45,_1$, $46,_1$, $49,_1$ etc. etc.

Constructionem illam, qua ablativus instrumenti circumscribitur vocibus: *opera*, *auxilio*, apud Sallustium inveni: Or. Cott. 1. partim reppuli *deorum auxilio* et virtute mea. Iug. $53,_3$, *auxilio* noctis aut collis. cf. Caesar. bell. gall. $5,_{27}$, quod ejus

opera stipendio liberatus esset. 7,$_{20}$,$_{2}$, quam ipsorum haberi *beneficio*. bell. civil. 2,$_{22}$,$_{4}$. *auxilio* tempestatis. cf. Fischer § 28.

Ablativum *solum* nonnullis locis apud Sallustium legimus, ubi praepositionem aliquam exspectamus, quod *personae* nominantur. Sed omnibus fere locis omissa est praepositio, quod alii ablativi instrumenti vel praecedunt vel sequuntur. Exempla haec habeo: postquam res eorum *civibus moribus agris* aucta Cat. 6,$_{3}$. ea consita arbustis *pecore* atque *cultoribus* frequentabantur Iug. 48,$_{4}$. dein castella et oppida *natura* et *viris* parum munita aggreditur Iug. 87,$_{1}$. et simul hostem *tormentis sagittariisque* et *funditoribus* eminus terrere Iug. 94,$_{3}$. muniti advorsum hostis non *moenibus* modo et *armis* atque *viris* verum etiam multo magis locorum *asperitate* Iug. 89,$_{4}$. augeretur numerus *lectis viris*. fr. III. 67 (VI), *lectis viris* viris ablativus est absolutus. Similia exempla e Livio affert Kühnast p. 159. nullo adjuti nec *duce* nec *exercitu* 23,$_{42}$.$_{6}$. *luxuria vino scortis omnibusque lustris* per totam hiemem confectos 23,$_{45}$,$_{2}$. Caesarem hac constructione non uti testatur Kühnast p. 159, nam simili loco praepositionem iterat: bell. gall. 5,$_{34}$,$_{2}$, tametsi *ab duce* et *a fortuna* deserebantur.

In iis dictionibus, quae ad rem militarem pertinent ablativus solus multis locis invenitur, ubi nos vel praepositionem *cum*, vel *ab* vel *per* desideramus. Cujus rei non alia est causa quam quod Romanorum imperator militibus non ut hominibus sed ut rebus vel instrumentis utebatur: opportuna loca *armatis hominibus* obsidere Cat. 27,$_{2}$. ita *expeditis peditibus suis* hostis paene victos dare Iug. 59,$_{3}$. primum impetum Sertori victoris *novis militibus* et multo *paucioribus* sustinui Ep. Pomp. 5. cf. *Livius*. 2,$_{44}$,$_{12}$, *suo milite* vinci Romam posse. 21,$_{46}$,$_{5}$. cornua *Numidis* firmat 23,$_{29}$,$_{4}$, *Hispanis* 3,$_{38}$,$_{9}$, *patriciis juvenibus* saepserat latera. *Caesar* bell. gall. 1,$_{8}$,$_{1}$, *ea legione* quam secum habebat *militibusque* ... murum ... fossamque perducit. 15,$_{3}$, quod *quingentis equitibus* tantam multitudinem equitum propulerant cf. Cic. Phil. 2,$_{17}$,$_{43}$, famil. 4,$_{12}$,$_{3}$, Kühnast p. 162.

Usitatior haec dicendi ratio est, si ponuntur collectiva: *manus*, *copiae*, *praesidia*: maximas hostium copias populus

Romanus *parva manu* fuderit Cat. $7,_7$. sciebam saepenumero *parva manu* cum magnis legionibus hostium contendisse, cognoveram *parvis copiis* bella gesta cum opulentis regibus Cat. $53,_3$. easque *praesidiis* firmat Iug. $23,_1$. Iugurtha *multitudine* Numidarum Auli castra circumvenit Iug. $38,_4$. *praesidio* quasi duum milium peditum montem occupat Iug. $50,_3$. cuncta moenia *exercitu* circumvenit Iug. $57,_2$. utroque colle *multitudine* circumdato Iug. $98,_5$. cf. *Caesar* bell. gall. 1. $3,_7$. se *suis copiis suoque exercitu* illis regna conciliaturum confirmavit. Fischer p. 28. *Livius* $44,_{35,16}$. pugnatum est *levi armatura.* $23,_{41,5}$ quam Manlius *victore exercitu* aggressus recepit. Alios locos vide apud Kühnast p. 163.

Interdum copiae quasi comites ducis vel participes rei agendae sunt: Cat. $43,_2$. Statilius et Gabinius uti *cum* magna manu duodecim simul opportuna loca urbis incenderent. Iug. $20,_7$. itaque non ut antea cum praedatoria manu, sed magno exercitu comparato bellum coepit. E Caesare unum tantum hujus constructionis exemplum affert Fischer bell. civil. $1,_{38,2}$. Varro cum iis quas habebat legionibus omnem ulteriorem Hispaniam tueatur. Apud *Livium* praepositio *cum* non nisi verba *movendi* sequitur. cf. Kühnast p. 163.

Venio ad ablativum instrumenti *bello,* qui subjunctus est verbis *lacessendi* vel *tentandi:* per Necomedem *bello* lacessiverunt, nos vertimus „zum Kriege reizen" Ep. Mithr. 10. igitur reges populique finitimi *bello* tentare, id est „angreifen" Cat. $6,_4$. Ex verbo *invitare,* quod plerumque conjungitur cum praepositione *ad* cf. ad coenam fr. II. $23,_2$. pendet ablativus instrumenti fr. IV,$_4$. cum se ibi *cibo vinoque* laeti invitarent, sich froh bei Wein und Speise gütlich thun.

Verba *occultandi* conjunguntur cum ablativo instrumenti: *occultare* legitur Iug. $12,_5$. Sed ita variae sunt lectiones, ut certe perspicere non possimus, utrum praepositio *in,* quam nonnulli codices exhibent, servanda sit necne: cum interim Hiempsal reperitur occultans se [in] *tugurio* mulieris ancillae. Solus ablativus invenitur apud Ciceronem acad. $2,_{39}$. crassis occultata et circumfusa tenebris. *Caesar* conjungit se occul-

tare cum ablativo bell. gall. 5,$_{19,1}$. *locisque impeditis* ac *silvestribus* sese occultabat. 6,$_{31,3}$. *insulis* sese occultaverunt cf. Draeger p. 55,$_{2}$. *Clausus* apud Sallustium et Livium conjungitur cum ablativo instrumenti cf. Cat. 57,$_{5}$. *montibus* atque *copiis* hostium sese clausum. Iug. 38,$_{9}$. fr. IV. 64. cf. *Livius* 21,$_{54,1}$. *praealtis* utrimque clausus *ripis*. 22,$_{4,5}$. cf. Kühnast p. 173. Praepositio *in* significans locum invenitur Iug. 14,$_{15}$. clausi in tenebris. Cat. 10,$_{5}$. aliud clausum in pectore. cf. *Liv.* 23,$_{2}$. claudam, inquit, in curia vos.

Adsuesco et *insuesco*, quae verba plerumque regunt ablativum: adsuescere aliquem aliqua re, a Sallustio conjunguntur cum praepositione *ad:* adsuetus ad omnis vis controversiarum fr. III. 62. et cum *genitivo:* insuetus libertatis fr. I. 115. Infinitivum, qui pendet ex consuescere inveni Iug. 47,$_{1}$. ubi et incolere et mercari consueverant Italici generis multi mortales.

Formulam *adigere jurejurando* cf. Caesar. bell. gall. 7,$_{67,1}$. omnibus jurejurando adactis, Sallustius non adhibet, dicit Cat. 22,$_{1}$. cum *ad* jusjurandum popularis sceleris sui adigeret.

Contendere subjunctus est ablativus instrumenti Cat. 11,$_{2}$. huic quia bonae artes desunt, *dolis* atque *fallaciis* contendit. Vertendum est: bedient sich der List und Täuschung als Mittel zum Kampfe. *Contendere* „sich messen" conjungitur cum praepositione *cum*, quae nominet personam quocum contenditur, et cum ablativo rei. At quis est omnium his moribus, quin *divitiis* et *sumptibus* non *probitate* neque *industria cum* majoribus suis contendat Iug. 4,$_{7}$. Ex verbo *certare* non solum ablativi instrumenti *armis* Iug. 48,$_{1}$. *manu* Or. Cott. 6 pendent, sed etiam *proelio* Iug. 81,$_{3}$. 88,$_{4}$. *cursu* Iug. 6,$_{1}$. *saltu vecte* fr. II.$_{1}$. *divitiis* cum divite neque *factione* cum factioso, sed cum strenuo *virtute*, cum modesto *pudore*, cum innocente *abstinentia* certabat.

Apud *exercere* vel se *exercere* semper invenimus ablativum instrumenti: *stipendiis faciendis* non *Graeca facundia* neque *urbanis munditiis* sese exercuit Iug. 63,$_{3}$. Canina, ut aït Appius *facundia* exercebatur fr. II. 37. cf. Caes. bell. gall. 1,$_{48,4}$. genus hoc erat pugnae, quo se Germani exercuerant. 6,$_{28,3}$.

hoc genere venationis (se) exercent. Nullo loco neque apud Sallustium neque apud Caesarem legitur praepositio *in* cf. Fischer p. 29.

Ablativus *navibus* conjunctus cum verbis *movendi* nihil praebet, quod memoratu dignum sit. Exstat Iug. $18,_4$. navibus in Africam trajecti. Iug. $78,_1$. navibus in eos locos venisse. fr. Inc. 35. cum Sertorius neque erumperet tam levi copia navibus. cohors *grandi phaselo* vecta fr. III. 56. Ablativus instrumenti *equo* positus est Cat. $59,_5$. ipse *equo* circumiens unumquemque nominans appellat.

Intentum esse, quod Caesar conjungit cum praepositione *ad* cf. bell. gall. $3,_{26},_2$. ad pugnam, vel *in* cf. bell. gall. $3,_{22},_1$. in ea re omnium nostrorum intentis animis, Sallustius conjungit cum ablativo: *aliquo negotio* intentus Cat. $2,_9$. *negotiis* amicorum intentus Cat. $54,_4$. *exspectatione* eventus civium animos intentos putabat Iug. $44,_3$. *proelio* intentos Iug. $76,_2$. $94,_{3.4}$. *aliis negotiis* Iug. $89,_3$. intenti *proeliantibus* Iug. $93,_4$.

Niti: sich anstrengen, nullam praebet difficultatem. cf. Iug. $4,_7$. per latrocinia potius quam *bonis artibus* ... nituntur cf. $15,_2$. *gratia, voce.* $60,_4$. *corporibus.* Adverbii loco ablativi positi sunt: *summa ope* niti Cat. $1,_1$. $38,_1$. Iug. $9,_2$. $31,_{17}$. *maxima ope* Iug. $14,_{20}$. *summa vi* Iug. $25,_9$. Praepositionem *ad* inveni Iug. $4,_7$. ad imperia et honores nituntur. Iug. $55,_3$. ad victoriam cf. Caes. bell. gall. $7._{63},_2$. ad sollicitandas civitates. Praepositio *in* conjuncta cum ablativo vel accusativo neque apud Sallustium neque apud Caesarem exstat cf. Fischer p. 29. *niti* „sich stützen“ legitur Iug. $93,_4$. cujus *ramis* modo, modo *eminentibus saxis* nisus.

Ablativum conjunctum cum verbis *erudiendi* habeo: Cat. $25,_2$. *litteris Graecis* et *Latinis docta.* cf. Cic. Brut $47,_{77}$. D. Brutus fuit homo et *Graecis doctus titteris* et *Latinis. litteris* juxta atque doctissime *eruditus.* Iug. $95,_3$.

Miram ablativi instrumenti structuram legimus Cat. $35,_3$. non quin aes alienum *meis nominibus* ex possessionibus solvere possem, quum et *alienis nominibus* liberalitas Orestillae suis filiaequae copiis persolveret. aes alienum *meis nominibus* dictum

est pro aes alienum meis nominibus factum vel contractum, ut nos dicimus „Schulden auf meinen Namen machen“ cf. Cat. 24,$_2$. pecuniam *sua* aut amicorum *fide* sumptam mutuam Faesulas ... portare.

Interdum *Res* quasi persona est, per quam aliquid efficitur, quo fit, ut Sallustius nonnullis locis praepositione utitur, qua circumscribitur ablativus instrumenti. Affero Cat. 45,$_1$. uti in ponte Milvio *per insidias* Allobrogum comitatus deprehendant. Cat. 12,$_7$. *per summum scelus* omnia ea sociis adimere. Iug. 2,$_4$. *per luxum* atque *ignaviam* aetatem agere. 85,$_1$. per *ignaviam* et *superbiam* aetatem agere. cf. Badstübner p. 31.

Accedo ad ablativum formulae *„opus est“*. Is est instrumentalis et verti potest: Die Sache kommt zu Stande durch: priusquam incipias *consulto* et ubi consulueris mature *facto* opus est Cat. 1,$_6$. *facto* non consulto Cat. 43,$_3$. *facto* Cat. 45,$_1$. 46,$_2$. *incepto* Cat. 20,$_{10}$. *perdita republica* Cat. 31,$_7$. *audacia* Cat. 58,$_{15}$. nihil *vi* nihil *secessione* Iug. 31,$_6$. *frumento* aut *pabulo* Iug. 55,$_4$. *vi* Iug. 55,$_7$. *opera* aut *ingenio suo* Iug. 71,$_4$. *artificio* Iug. 85,$_{31}$. quid opus *decretis* quid *auxilio* Catuli Or. Phil. 19. Praedicati locum tenet et adjectivi indeclinabilis vice fungitur uno loco Iug. 84,$_2$. quae bello opus erant. Nusquam apud Sallustium conjunctum est cum accusativo et infinitivo, nusquam cum infinitivo vel particula *ut*.

Ablativum subjunctum verbis et adjectivis *plenitudinis* instrumentalem esse nemo negabit. Nam is qui aliquam rem complet aliqua re, hac utitur pro instrumento. Exempla Sallustiana sunt: *explere: numero* hominum Cat. 56,$_2$. *divitiis* Cat. 51,$_{34}$. *muneribus* Iug. 13,$_6$. 20,$_1$.

complere: armis cadaveribus cruore atque *luctu* omnia Cat. 51,$_9$. *luctu* atque *caede* omnia complentur Iug. 92,$_3$.

fortunatus: praeterea *viro liberis* satis fortunata fuit Cat. 25,$_2$.

locuples: sese quisque *praeda* locupletem fore Iug. 84,$_4$.

onustus: in agrum fertilem et *praeda* onustum proficiscitur Iug. 87,$_1$.

opulentus: agro virisque opulentior Iug. 16,$_5$. *armis virisque* opulentum Iug. 57,$_1$.

praeditus: qui *magno imperio* praediti Cat. $51,_{12}$.

plenus omnibus locis conjunctum est cum *genitivo*: *flagitii* Iug. $38,_{10}$. *hominum* Iug. $46,_{5}$. *spei bonae* Iug. $113,_{3}$. *hostium* Or. Cott. 7. Ablativus legitur apud *Ciceronem* ad Att. $3,_{14,1}$. Verr. $4,_{57}$. pr. Sest. 10. apud *Caesarem* bell. civil. $1,_{74,7}$. apud *Livium* $5,_{21}$. $7,_{28}$ etc. cf. Draeger p. 559.

repletus: subjunctus est ablativus fr. Inc. 26. repleta arva *cultoribus.*

Instrumentalis praeterea is. est ablativus, qui sequitur verba *gaudere* et *laetari* et adjectivum *laetus*: quod homo inanis et regiae superbiae *imperio* nimis gauderet Iug. $64,_{5}$. quo ille *dehonestamento* corporis laetabatur fr. I. 55. Aliis locis sequitur *accusativus*: ea populus laetari et merito dicere fieri Cat. $51,_{29}$. id imminutum quod ceteri *dolere* solent ego *laetor* Iug. $110,_{3}$. laetandum magis quam dolendum casum tuum Iug. $14,_{22}$. quasi dolens ejus casum Cat. $40,_{2}$. Praepositio *pro* exstat Iug. $39,_{1}$. dolere pro gloria imperi.

ecce autem ex improviso Iugurtha, *intoleranda audacia, scelere* atque *superbia* sese *ecferens* Iug. $14,_{1}$.

Hoc loco mea quidem sententia nominanda sunt adjectiva *dignus* et *indignus.* Haec habes exempla: *dignus: memoria* Cat. $4,_{2}$. quid *se* dignum foret Cat. $51,_{6}$. *dono* Cat. $54,_{4}$. *moribus factisque suis* Cat. $55,_{6}$. *te* atque *avo suo* Masinissa Iug. $9,_{2}$. *seque illisque* Iug. $21,_{4}$. *ampliore* Iug. $63,_{5}$. *meque vobisque* Iug. $110,_{8}$. *nomine* Or. Phil. 8.

indignus: illo honore Iug. $63,_{7}$. *re publica* Or. Phil. 5. *vobis nobisque et re publica* Or. Cott. 8. *Romano imperio* fr. II. $23,_{5}$. *Genetivus*, quem alii scriptores interdum cum his adjectivis conjungunt nullo loco invenitur.

Veri simile est Sallustium uti Caesarem cf. Fischer § 29 verbum *confidere* conjungere cum ablativo instrumenti, ubi *res* nominantur, ubi *personae* cum *dativo.* Ex exemplis, quae inveni discerni non potest: *his amicis sociisque* confisus Cat. $16,_{4}$. *dis immortalibus* confisi Cat. $52,_{28}$. *opibus suis* Iug. $83,_{1}$. Dativus exstat Iug. $112,_{2}$. sed *Mario* parum fidere.

diffidere semper *dativus* subjunctus est: diffidenti *rebus suis*

Iug. $32,_5$. $46,_1$. $75,_1$. *armis* Iug. $50,_1$. *virtuti* Iug. $52,_6$. *veteri exercitui* Iug. $43,_3$. *sibi patriaeque* Cat. $31,_2$. *vitae* Cat. $45,_4$.

At *fretus* semper conjungitur cum *ablativo*: *opibus* Cat. 56. $_5$. *multitudine* Iug. $13,_3$. *largitione* magis quam *causa* Iug. $15,_1$. utrique *alteris* freti Iug. $18,_{12}$. *amicitia* populi Romani magis quam *Numidis* Iug. $20,_5$. *quibus* illi freti Iug. $59,_3$. *dis* Iug $63,_1$. $90,_1$. *quis* Iug. $85,_{37}$.

Ablativum *pretii* instrumentalem esse ablativum per se patet, nam pretium quo res emitur instrumentum est ejus comparandae. cf. Or. Lep. 18 atque illa, quae tum formidine mercatus sum *pretio*. Similes loci sunt Cat. $49,_1$. neque *pretio* neque gratia Ciceronem impellere quivere. Iug. $29,_3$. *pretio* aut gratia effecturum. Cat. $50,_1$. qui *pretio* rem publicam vexare soliti erant. Iug. $35,_4$. *pretio,* sicuti multa confecerat, insidiatores Massivae parat. Or. Lep. 23 utique jura et judicia sibimet extorquerent: *egregia* scilicet *mercede,* cum relegati in paludes et silvas cutumeliam atque invidiam suam, praemia penes paucos intellegerint. 25. tradite exemplum posteris ad rem publicam suimet sanguinis *mercede* circumveniundam cf. *Liv.* $33,_{7,11}$. *mercede* militare. meliusque habent *mercede* delinquere quam gratis recte facere Or. Macr. 5. Ptolemaeus *pretio* in dies bellum prolatans Ep. Mithr. 12. *pretio* compositi fr. I. 43. alienam rem *periculo suo* curare Iug. $83,_1$. cf. *Livius* $2,_{12,10}$ ut in singulas horas *capite* dimices *tuo* duplici acie locum editum *multo sanguine* defensum fr. III. 70. cf. *Liv.* $23,_{30,2}$.

Eandem constructionem habet verbum *mutare* „tauschen“: quorum nemo *diurna mercede* vitam mutaverit Or. Phil. 7 denen keiner wohl sein Leben für den Tagelohn hingeben mochte. eaque mutare cum mercatoribus *vino advectitio* et *aliis talibus* Iug. $44,_5$. nemo nisi victor *pace* bellum mutavit Cat. $58,_{15}$. togam *paludamento* mutavit fr. Inc. 65.

aestumare: qua tamen *quinis modiis* libertatem omnium aestumavere Or. Macr. 19.

Deponentia *utor, fruor, fungor, vescor, potior* olim natura sua reflexiva erant, nam *utor* nihil aliud est nisi: commoda habeo, commoda mihi comparo aliqua re „ich fördere mich“. *fruor:*

fructum habeo, delector aliqua re „ich erfreue mich an etwas“, *fungor,* occupatus sum aliqua re „ich beschäftige mich“, *potior,* augeor, cresco aliqua re „ich werde mächtig durch“, *vescor:* vivo aliqua re, „ich ernähre mich von“. Itaque ablativi, qui pendent ex his verbis ablativi sunt *instrumentales.* Inveni: *utor : servitio* corporis Cat. $1,_2$. *imperio* $12,_5$. largius *suo* $16,_4$. *imperatore* vel *milite* me $20,_{16}$. *sermone* uti vel modesto vel molli vel procaci $25,_5$. *Antonio* $26,_1$. *lege* $33,_2$. *ea* (victoria) $39,_4$. cujus *patrocinio* $41,_4$. *maximis honoribus* $49,_2$. *iis* $51,_8$. *perniciosa libidine* Iug. $1,_4$. *domo* $12,_3$. *debitis* $14,_3$. *amplis honoribus* 25,4. postremo *sociis vestris* veluti *hostibus*, *hostibus* pro sociis utuntur $31,_{23}$. *victoria* $38,_8$. $42,_4$. *perfidia* pro armis $61,_3$. *pluvia* $75,_9$. *jugi aqua,* cetera pluvia $89,_6$. *qua* (fortuna) $93,_1$. *fluxa fide* $111,_2$. qui *lingua,* qui *consilio meo,* qui *pecunia* voluere, usi sunt Or. Cott. 4. *opera* fr. III. 38.

abutor: abutitur *vestra* socordia Or. Phil. 11. *his* subaudiendum est Cat. $13,_2$. quippe quas honeste habere licebat, abuti per turpitudinem properabat.

fruor: vita ipsa, *qua* fruimur brevis est Cat. $1,_{1\cdot3}$. *quo* jam *ipso* frui Or. Macr. 13. si *perpetua pace* frui licet Ep. Mithr. 2. — Or. Macr. 6 legimus: vos multitudo singulis *habendos fruendosque* praebetis.

Verbum *fungor* apud Sallustium non inveni.

vescor: lacte et *ferina carne* Iug. $89,_7$. *corporibus* hominum fr. I. 67. Cum *accusativo* conjunctum est fr. III. 27. ob inediam *insolita* vescentibus.

potior: imperio Numidiae Iug. $8,_1$. *omni Numidia* Iug. $13,_5$. *agro* $55,_1$. *oppido* $76,_5$. *multis locis* $92,_4$. *locoque summo* fr. IV. 56. Nonnullis locis invenitur *genitivus: Adherbalis* Iug. $25,_{10}$. *ejus oppidi* $75,_2$. *urbis* Cat. $47,_2$. Cum ablativo et genitivo in eodem enuntiato conjunctum habemus Iug. $74,_3$. signorum et armorum *aliquanto numero, hostium* paucorum potiti. *Genitivus* gerundii legitur Iug. $37,_4$. caecus ob thesauros oppidi potiundi. $89,_6$. ejus potiundi Marium maxima cupido invaserat, *accusativus* fr. Inc. 118. cuncta potiundi. Constructio illa, qua eodem ablativo et objectum et praedicatum exprimitur, uno tantum

loco invenitur Cat. $20,_6$. vel *imperatore* vel *milite me* utimini cf. Caes. bell. gall. $2,_{7,11}$. *iisdem ducibus* usus, qui nuntii ab Iccio venerant; aliis locis Sallustius utitur praepositione *pro* vel particula *velut*. Iug. $31,_{23}$. sociis vestris veluti hostibus, hostibus pro sociis utuntur. Iug. $61,_3$. eorum victoria pro armis uti.

Ablativus instrumentalis conjunctus cum verbis *intransitivis* transit in notionem *causalem* significans causam rei, qua aliquid efficitur vel oritur „den Sachgrund". Haec verba intransitiva plerumque reconditam in se habent significationem passivam.

abire: *luxuria* atque *inopia* praeceps abierat Cat. $25,_4$.

accidere: id *socordiane* an *casu* acciderit parum cognovi Iug. $79,_5$.

adolescere: coria recens detracta quasi *glutino* adolescebant fr. IV. 2.

aestuare: namque antea pleraque nobilitas *invidia* aestuabat Cat. $23,_6$.

ante fuisse: *facundia* Graecos *gloria* belli Gallos ante Romanos fuisse Cat. $53._3$.

agere: *cultu* Persarum justos et egregios agere fr. I. 63.

amittere: *dominatione* Sullae agros bonaque omnia amiserat Cat. $28,_4$.

anteire: cum omnis *gloria* anteiret Iug. $6,_1$. qui *aetate* (ceteros) et *consilio* ceteros anteibat fr. I. 47.

cadere: *suamet* ipsum *pecunia* praecipitem casurum Iug. $8,_2$.

cedere: *vigilando, agendo,* bene *consulendo* prospere omnia cedunt Cat. $52,_{29}$.

claudere: neque enim *ignorantia* res claudit Or. Macr. 25. nihil *socordia* claudebat fr. Inc. 107.

competere: neque *animo* neque *auribus* aut *lingua* competere fr. I. 88.

concidere: *advorsis volneribus* conciderant Cat. $61,_3$.

contremiscere: *quo metu* Italia omnis contremuit Iug. $114,_1$.

consenescere: contra illis *annis* atque *divitiis* omnia consenuerant Cat. $20,_{10}$.

crescere: ubi *labore* atque *justitia* res publica crevit Cat.

10,$_1$. qui populi Romani *opibus* creverat Cat. 51,$_5$. *malo* rei publicae Cat. 51,$_{32}$. sed *memoria* rerum gestarum eam flammam ... crescere Iug. 4,$_6$. *concordia* parvae res crescunt Iug. 10,$_6$. Praepositione *per* utitur Sallustius Iug. 14,$_7$. regnum *per* scelus crescere.

cunctari: *inertia* et *mollitia* animi alius alium exspectantes cunctamini Cat. 52,$_{28}$.

debere: quod is privatim *egregia liberalitate* publice *maximis muneribus* grandem pecuniam debebat Cat. 49,$_3$.

delinquere: si quid *iracundia* deliquere Cat. 51,$_{12}$.

dilabi: *discordia* maximae res dilabuntur Iug 10,$_6$. omnis invidia *prolatandis consultationibus* dilapsa foret Iug. 27,$_2$. errasse regem et Iugurthae *scelere* lapsum deprecati sunt Iug. 104,$_4$.

ire: *suomet* ipsi *more* praecipites eant Iug. 31,$_6$.

esse: *infecunditate* bienni proximi grave pretium fructibus esset fr. III. 1.

evenire: id *ea gratia* eveniebat, quod Iug. 54,$_4$. id *misericordiane* hospitis aut *pactione* an *casu* ita evenerit parum comperimus Iug. 67,$_3$. primae dissensiones *vitio* humani generis evenere fr. I. 7.

flagrare: flagrantes *inopia* et *cupidinibus* Or. Phil. 7.

incedere: quibus rei publicae *magnitudine* belli timor insolitus incesserat. Cat. 31,$_3$.

interire: *ferro* aut *bestiis* Iug. 17,$_6$. incertae et forsitan post paulo *morbo* interiturae vitae parceret Iug. 106,$_3$. cujus in urbem *reditu* decus ordinis hujus interiit Or. Phil. 19. multique commeatus interierant *insidiis* latronum fr. II. 51.

morari: Curio *religione* Volcanaliorum diem ibidem moratus fr. IV. 68.

occidere: sperans vel *ostentando* virtutem vel hostium *saevitia* facile eum occassurum Iug. 7,$_2$.

oriri: ortus est *otio* atque *abundantia* earum rerum, quae Iug. 41,$_1$.

pavescere: et *omni strepitu* pavescere Iug. 72,$_2$.

pervenire: praeterea modestissime *parendo* et saepe obviam

eundo periculis in tantam claritudinem brevi pervenerat Iug. $7,_{4}$. [*adoptione*] in regnum pervenisse Iug. $11,_{6}$. quum *nefario consilio* sceleratorum civium res publica in maxima pericula venerit Cat. $52,_{36}$.

placere: *virtute* non *malitia* P. Scipioni, summo viro, placuisse Iug. $22,_{2}$.

pollere: nobilitas *factione* magis pollebat Iug. $41,_{6}$. pollens *viribus* Iug. $6,_{1}$.

praeminere: praeminent *altitudine* milium passuum duorum fr. II. 85.

praestare: qui ubique *probro* atque *petulantia* maxime praestabant Cat. $37,_{5}$. *numero* praestans fr. I. 100.

procedere: *vine* corporis an *virtute* animi res militaris magis procederet Cat. $1,_{5}$. bellum *armis* parum procedebat Iug. $61,_{3}$. quasi rabiem ad integros *contactu* procedere Or. Phil. 9.

redundare: redundantibus cloacis *adverso aestu* maris fr. III. 26.

ruere: ruuntque magna pars *suismet* aut proximorum *telis* fr. II. 52.

saevire: saevire *fortuna* ac miscere omnia coepit Cat. $10,_{1}$. mare saevire *ventis* coepit Iug. $78,_{3}$.

Ex verbo *tapescere* pendet praepositio *per* Iug. $14,_{25}$. regnum Numidiae ... per scelus et sanguinem familiae nostrae tabescere.

torpescere: *incultu* atque *socordia* torpescere sinunt Iug. $2,_{4}$. Praepositio *per* legitur Cat. $16,_{3}$. ne per otium torpescerent manus aut animus.

valere: et *multitudine* civium factiones valuere Cat. $51,_{40}$, municipia, quae maxime *opibus* valent Cat. $51,_{43}$. jus bonumque apud eos non *legibus* magis quam *natura* valebat Cat. $9,_{1}$. parum *animo* valuisse Iug. $11,_{5}$. quoniam amplius *armis* valuissent Iug. $111,_{1}$. plurimum *imperio* valuit fr. I. 8.

quoniam *defectione* sociorum et Sertori per montis *fuga* neque manu certare possunt Or. Cott. 6.

quibus per ceteras gentis maximi et clari estis Or. Lep. 1.

Eundum ablativum instrumentalem causali notione inveni-

mus multis locis conjunctum cum *passivo*. Adscripsi hos: *agitabatur* magis magisque in dies animus ferox *inopia* rei familiaris et *conscientia* scelerum. Cat. 5,$_7$. *cotidiano usu* atque *illecebris* facile par similisque ceteris efficiebatur Cat. 14,$_4$. neque *insomniis* neque *labore* fatigari Cat. 27,$_2$. jam antea volgi *rumoribus* exagitatum Cat. 29,$_1$. praeterea quorum *victoria* Sullae parentes proscripti Cat. 37,$_9$. *quo tumultu* facilior aditus ad consulem ... fieret Cat. 43,$_2$. iique *indicio* T. Volturci et legatorum Allobrogum *convicti confessique* sint Cat. 52,$_{36}$. *metu* atque *lubidine* divorsus *agitabatur* Iug. 25,$_6$. quo facilius *indicio* regis Scauri et reliquorum ... delicta *patefierent* Iug. 32,$_1$. neque plane *occultati humilitate* arborum ... cum *natura* loci tum *dolo* ipsi atque signa militaria *obscurati*. Iug. 49,$_5$. *nocturnis* et *aviis itineribus ignoratus* Iug. 54,$_9$. alii bonum ingenium *contumelia accensum* esse Iug. 82,$_3$. *quibus rebus* et *artibus* brevi Mario militibusque *carissimus factus* Iug. 96,$_4$. neque tamen *victoria socors* aut *insolens* factus Iug. 100,$_1$. tum rursus Bocchus *flectitur* seu *reputando* quae sibi *duobus proeliis venerant* Iug. 103,$_2$. ne, quae ipsi nefanda existimatis, ea parum *credendo* de aliis circumveniamini Or. Lep. 1. scelerum *conscientia* exagitati Or. Phil. 7. haec si *dolo* aut *socordia nostra* contracta sunt Or. Cott. 8. *audendo* et *fallundo* et bella ex bellis *serundo magni facti* Ep. Mithr. 20. postero die *liberalibus verbis* permulcti sunt fr. IV. 6.

Sequuntur *adjectiva,* quae plerumque circumscribi possunt verbo *passivo*:

acer: quarum vis, sicuti omnium ferarum *inopia* cibi acrior Iug. 89,$_5$.

aeger: aegra parte militum autumni *gravitate* fr. III. 67.

asper: uti planities erat inter sinistros montis et ab dextera *rupe* aspera. Cat, 59,$_2$.

caecus: animus *cupidine* caecus ad inceptum scelus rapiebatur Iug. 25,$_7$. aut *cupidine* caecus Iug. 37,$_4$. caeci *avaritia* Iug. 80,$_5$.

cautus: *cautissimus metu* gentis ad furta belli peridoneae fr. I. 86.

cruentus: quem saepe ex prodigiis haruspices respondissent *bello civili* cruentum fore Cat. 47,$_{2}$.

clarus: eorum fortia facta *memorando* clariores sese putant Iug. 85,$_{21}$.

cupidus: egestate simul ac *dolore* injuriae novarum rerum cupidam Cat. 28,$_{4}$.

dissimilis: ipsa dissimilis *moribus* Iug. 85,$_{37}$.

expers: violentia atque *crudelitate* feneratorum plerique patria, sed omnes fama atque fortunis expertes sumus Cat. 33,$_{2}$.

ferox: natura ferox, vehemens ... erat Cat. 43,$_{4}$. cf. Iug. 11,$_{3}$. qui nunc *sceleribus suis* ferox atque praeclarus est Iug. 14,$_{21}$. *secundis rebus* feroces esse Iug. 94,$_{4}$. genus *armis* ferox et servitii insolitum fr. II. 81.

fessus: quamquam *itinere* atque *opere* castrorum et *proelio* fessi *laetique victoria* erant Iug. 53,$_{5}$. milites fessos itineris *magnitudine* Iug. 68,$_{3}$. *exercito corpore* fessus in lecto quiescebat Iug. 71,$_{1}$. jamque *nocturno* itinere fessis omnibus Iug. 106,$_{5}$. cum omnes provinciae regna maria terraeque *aspera* aut *fessa bellis* sint Or. Cott. 14. fessus *scribendo mittendoque* legatos Ep. Pomp. 2. si *defessus malis* injuriae concessissem Iug. 14,$_{24}$. cujus Numida defessus *bello* avidissimus erat Iug. 111,$_{4}$.

foedus: incultu, tenebris, odore foeda atque terribilis ejus facies erat Cat. 55,$_{4}$.

idoneus: quoscunque *moribus* aut *fortuna* novis rebus idoneos credebat Cat. 39,$_{6}$.

incertus: improviso metu incerti *ignavique* Iug. 67,$_{1}$. vectigalia *bellis* incerta Or. Cott. 7. navibus *onere* incertis fr. III. 23.

inclutus: insulas inclutas Homeri *carminibus* fr. I. 62. urbem inclutam *specu* et *nemore* fr. I. 80. Saguntini *fide* atque *aerumniis* incluti fr. II. 21.

incolumis: fortuna aut *nostris* vitiis ad huc incolumem Ep. Mithr. 21.

infestus: alia omnia vasta, inculta, egentia aquae, infesta *serpentibus* Iug. 89,$_{5}$.

infirmus: quibus corpus *annis infirmum*, ingenium *sapientia validum* erat Cat. $6,_6$.

invius: nisi qua *paludibus* invia fuit fr. I. 8.

languidus: omnibus *labore* et *aestu* languidis Iug. $51,_3$.

magnus: haud sane quisquam Romae *virtute* magnus fuit Cat. $53,_5$. *virtute magni* estis et *opulenti* Iug. $14,_{19}$. *quibus* per ceteras gentes *maximi* et *clari* estis Or. Lep. 1. Conjunctum cum passivo *haberi* legimus Cat. $54,_2$. Caesar *beneficiis* ac *municentia* magnus habebatur. *fieri* Cat. $54,_2$. *integritate clarus* fieri: ille *mansuetudine* et *misericordia* clarus factus. etenim nemo *ignavia immortalis* factus est Iug. $85,_{49}$. *multisque suspitionibus* volentia plebi facturus habebatur fr. IV. 31.

memorabilis: id facinus imprimis ego memorabile existimo sceleris atque periculi *novitate* Cat. $4,_4$.

mollis: eorum animi molles *aetate* et fluxi Cat. $14,_5$.

nimius: post ubi *fiducia* nimius fr. II. 93.

opportunus: quae *viris* aut *loco* pro hostibus et advorsum se oportunissimae erant Iug. $88,_4$.

percarus: iis *modico* quoque et *diligenti imperio* percarus fuit fr. Inc. 79.

potens: rex *genere fama* atque *copiis* potens Iug. $14,_7$.

praeceps: nam omnis a natura velut *opere* atque consulto praeceps Iug. $92,_5$.

praeclarus: ac maxime qui *bello* saepe praeclari fuerant Iug. $39,_1$.

purgatior: ita *fiducia* quam *argumentis* purgatiores dimittuntur fr. II, 89.

timidus: timidas *insolentia* itineris levare manu Iug. $94,_2$.

trepidus: qui omnes trepidi *improviso metu* Iug. $97,_5$.

tutus: quoniam omnis injuria *gravitate* tutior est Or. Macr. 13. ut *meis laboribus* tuti essent Ep. Mithr. 12.

validus: ingenium *sapientia* validum Cat. $6,_6$. multo maxime *ingenio* validus Iug. $6,_1$. uti quisque locupletissimus et *injuria* validior fr. I. 10. sanctus alias et *ingenio* validus fr. I. 92.

vastus: vastam urbem *fuga* et *caedibus* Or. Lep. 17. quippe vasta Italia *rapinis fuga caedibus* fr. I. 36.

Accedunt adjectiva, quae animi perturbati motus describunt.

anxius: ira et *metu* anxius Iug. 11, 8. cupidus incepta patrandi et *timore* socii anxius Iug. $70,_5$. *illis* fr. I. 55.

laetus: quibus rebus Micipsa Iug. $6,_2$. *Genitivus* pendet ex laetus fr. II. 91. *frugum pabulique* laetus ager.

Ex hujuscemodi ablativis, quos modo nominavi, ortus est is ablativus, quem grammatici dicunt. *Ablativum relationis* vel *limitationis*. Circumscribi potest formula: „quod attinet ad", vel „respectu rei", „ratione habita".

adultus: timens privignum adultum *aetate* Cat. $15,_2$.

aeger: pedibus aeger Cat. $59,_4$. animus *aeger avaritia* facile conversus est Iug. $29,_1$.

amplior: exercitum *numero* hominum ampliorem, sed hebetem infirmumque Iug. $54,_3$.

bellicosus: quod *natura* gens Gallica bellicosa esset Cat. $40,_1$.

bonus: et proelio strenuus erat et bonus *consilio* Iug. $7,_5$. plures Adherbalem sequuntur, sed illum alterum *bello* meliores Iug. $13,_1$. aut rudes cum *bello* melioribus manum consererent Iug. $49,_2$.

captus: mitem et captum *pedibus* fr. II. 36.

difficilis: nobis *aditu* difficilis Iug. 91, 7.

facilis: facundus callidus et *amicitia* facilis Iug. $95,_3$.

infecundus: ager frugum fertilis, bonus pecori, *arbore* infecundus Iug. $17,_5$.

inferior: nulla arte cuiquam fr. II. 87.

integer: fama et *fortunis* integer agas Or. Cott. 5. *copiis* integra fr. II. 95.

impar: quia *materno genere* impar erat Iug. $11,_3$. impares *magnitudine* Iug. $78,_2$. ceterum *materno genere* impar Iug. $108,_1$.

major: legantur tamen in Africam majores *natu* Iug. $25,_4$.

par: quod neque se parem *armis* existimabat Iug. $20,_5$. scalas pares moenium *altitudine* fr. IV. 55. est *magnitudine* antiquus *dativus*. cf. Krüger § 195. Anm. 1.

percitus: quem *corpore* et *lingua* percitum et inquietem fr. II. 35.

plures: quia hostes *numero* plures et undique circumfusi erant Iug. $97,_5$.

posterius: nam gerere quam fieri *tempore* posterius, *re* atque *usu prius* est Iug. $85,_{12}$.

potior: illam alteram *specie* quam *usu* potiorem Iug. $16,_5$.

prior: ita *numero* priores Iug. $50,_6$. quia *aetate* et *sapientia* prior es Iug. $10,_7$. neque *consilio* neque *manu* priorem alium pati Iug. $96,_3$.

promptus: *manu* promptus erat Cat. $43,_4$ Iug. $7,_1$. *lingua* quam *manu* promptior Iug. $44,_1$. et in proeliis *actu* promptus fr. Inc. 31.

quietus: *quam* super *omni corpore* quietus insidens fr. III. 19.

vacuus: consedisse jam et *animo* vacuum Iug. $52,_6$.

varius: multum agitavisse, *corpore* pariter atque *animo* varius Iug. $113,_3$.

vehemens: *natura* ferox, vehemens Cat. $43,_4$.

Praeterea inveniuntur ablativi substantivorum *numero* et *nomine*.

Iug. $53,_4$ *numero* quadraginta, interfecti. Iug. $93,_8$ *numero* quinque quam velocissimos delegit.

nomine Massiva Iug. $35,_1$ Vacca Iug. $47,_1$ Muthul Iug. $48,_3$ Zama Iug. $56,_1$ Gauda Iug. $65,_1$ Capsa $89,_4$ Aspar $108,_1$ Corsa fr. II. 8. Publipor fr. III. 69.

Sallustius dicere poterat Iug, $78,_2$. nam duo sunt sinus prope in extrema Africa *impares magnitudine, pares natura.* Sed attractione quadam legimus: nam duo sunt sinus ... *impares magnitudine, pari natura,* ita ut existet *ablativus qualitatis,* qui dicitur. Quod hoc modo ortus est patet non nisi conjunctum cum adjectivo aliquo scribendum esse illum. Multis locis pendet ablativus ex verbo *esse*: *ea mansuetudine* et *misericordia* populum Romanum semper fuisse Cat. $34,_1$. uti *forti* atque *parato* animo sitis Cat. $58,_8$. qua magnum et atrox *variaque victoria* fuit Iug. $5,_1$. ubi primum adolevit, pollens viribus, *decora facie* Iug. $6,_1$. ut erat *impigro* atque *acri ingenio*

Iug. $7,_4$. quietus imbellis, *placido ingenio* Iug. $20,_2$. patiens laborum, *acri ingenio*, satis providens Iug. $28,_5$. *parique periculo* sed *fama impari* boni atque ignavi erant Iug. $57,_6$. novus nemo tam clarus neque tam *egregiis factis* erat Iug. $63,_7$. morbis confectus et ob eam causam *mente* paulum *imminuta* Iug. $65,_1$. *nam* volgus ... *ingenio mobili*, seditiosum atque discordiosum erat Iug. $66,_2$. sordidum me et *incultis moribus* ajunt Iug. $85,_{39}$. apud Iugurtham immunes, *levi imperio* (erant) Iug. $89,_4$. territus aut magis quam antea *demisso animo* fuit Iug. $98,_1$. Substantiva vel pronomina inveni his locis: ne *illi corruptis moribus* victoriae temperarint Cat. $11,_8$. *genus* hominum *salubri corpore* velox patiens laborum Iug. $17,_6$. *genus* Numidarum ... *ingenio mobili* Iug. $46,_3$. facile *Numidae* persuadet, cum *ingenio infido,* tum metuenti Iug. $61,_5$. *ager* in medio harenosus, *una specie* Iug. $79,_3$. *Romanos* injustos, *pro'unda ovaritia,* communis omnium hostis esse Iug. $81,_1$. aliam *rem* aggreditur, non *eadem asperitate*... ceterum haud secus difficilem Iug. $92,_4$. *regnumque* Persidis *inclutis divitiis* est Ep. Mithr. 19. solus, impotens, *inani specie magistratus* Or. Mac. 3. *hi* ... *dispari genere, dissimili lingua* Cat. $6,_2$.

Plerumque conjungitur ablativus qualitatis cum nominibus appellativis *homo* et *vir*. *homines* egentis, *malis moribus maxima spe* Cat. $37,_8$. *hominem* nobilem *maximis divitiis summa potentia* Cat. $48,_5$. *homines* sceleratissimi *cruentis manibus, immani avaritia* Iug. $31,_{12}$. *hominem* ob morbos *animo* parum *valido* Iug. $65,_3$. *hominem* nobilem, *magnis opibus* Iug. $70,_2$. *homines emeritis stipendiis* Iug. $84,_2$. *homines* ... *optimis* majorum *exemplis* Or. Lep. 2. Catulus ex petitione pontificatus odio incensus, quod *extrema aetate* ... ab adulescentulo Caesare victus discesserat (scil. vir vel homo) Cat. $49,_2$. sed memoria mea *ingenti virtute, divorsis moribus* fuere *viri* duo, M. Cato et C. Caesar Cat. $53,_6$. acri *viro* et quamquam adverso populi partium *fama* tamen *aequabili* et inviolata Iug. $43,_1$. vacuam istam urbem *viris militari aetate* fr. I. 101.

Ex nomine proprio pendet ablativus qualitatis Cat. $5,_1$. Lucius Catilina nobili genere natus fuit, *magna vi* et animi et

corporis, sed *ingenio malo pravoque.* Iug. 95,$_3$. Sulla gentis patriciae nobilis fuit ... *animo ingenti.* fr. II. 47. Mithridates *ingenti corpore,* perinde armatus. fr. IV. 25. M. Lollius Palicanus, *humili loco* Picens. fr. Inc. 75. (Pompejus) oris probi, *animo inverecundo.* cf. Caes. bell. civil. 3,$_{4,4}$. quibus Rhascypolis praeerat, *excellenti virtute.* Genitivus et ablativus qualitatis conjuncti sunt in eodem enuntiato Or. Lep. 2. homines *maximi nominis optimis* majorum *exemplis.* fr. Inc. 75. *oris probri animo inverecundo.* Constructionem illam, qua adjectivum circumscribitur *genetivo* substantivi, apud Sallustium non inveni. cf. Liv. 32,$_{9,3}$. *caverna* trium jugerum *spatio.* Caes. bell. gall. 6,$_{26,1}$. bos *cervi figura.* 3,$_{13,4}$. confixa *clavis* ferreis *digiti pollicis crassitudine.*

Praeterea sunt ablativi *instrumentales causali notione* ablativi substantivorum, quae significant *animi affectum.* Pendent ex participiis passivis, veluti *impulsus:*

seu periculi magnitudine seu animi *mobilitate* impulsi Cat. 49,$_4$. quae reges atque populi *ira* aut *misericordia* impulsi male consuluerint Cat. 51,$_4$.

commotus: sive praesentiam ejus timens sive *ira* commotus Cat. 31,$_6$.

permotus: aut dominandi *studio* permota Cat. 33,$_4$. existimans Adherbalem *dolore* permotum Iug. 20,$_4$.

incitatus: alii *studio* talium rerum incitati Iug. 66,$_4$.

incensus: ex petitione pontificatus *odio* incensus Cat. 49,$_2$.

accensus: *libidine* sic accensa Cat. 25,$_3$. laudatum accensumque praemiorum *spe* fr. III. 8.

coercitus: genus hominum mobile infidum neque beneficio neque *metu* coercitum Iug. 91,$_7$.

impeditus: igitur *eo dolore* impeditus Iug. 83,$_1$. somno et *metu* impedita fuga Iug. 99,$_3$.

adstrictus: ita illis *studio* suorum adstrictis Iug. 60,$_6$.

attonitus: quasi *formidine* attonitus fr. I. 88.

perculsus: ceteri *metu* perculsi Cat. 6,$_4$. cf. Iug. 40,$_4$.

Ablativi aliorum substantivorum, qui conjuncti cum his participiis leguntur, sunt ablativi instrumenti: cf. Cat. 29,$_1$. 31,$_1$.

$35,_3$. $43,_2$. $50,_4$. Iug. $6,_2$. $9,_{3.4}$. $11,_5$. $38,_5$. $42,_1$. $44,_4$. $58,_2$. $60,_7$. $65,_1$. $70,_5$. $75,_{10}$. $82,_2$. fr. III. 67.

Ablativus solus significat interdum *causam* qua homo impellitur ad agendum aliquid, id est *causam agendi*, quam nos dicimus: Beweggrund. Tales causae apud scriptores aureae aetatis plerumque praepositionibus *propter* vel *ob* exprimuntur. Tamen non pauca exempla et apud Ciceronem, Caesarem, Livium inveniuntur, in quibus causae agendi solo ablativo describuntur. Exempla Sallustiana hujus structurae sunt haec:

studio: cuncta plebs novarum rerum *studio* Catilinae incepta probabat Cat. $37,_1$. certo scio quae dixerit *studio* rei publicae dixisse Cat, $51,_{16}$. *studio* legundi paulatim prope ad summum montis egressus est Iug. $93,_2$.

odio: odio suarum rerum mutari omnia student Cat. $37,_3$. quantaque vi rogationem jusserit, magis *odio* nobilitatis cui mala illa parabantur, quam *cura* rei publicae Iug. $40,_3$.

malevolentia: quae delicta reprehenderis *malivolentia* et *invidia* dicta putant Cat. $3,_2$.

iracundia: si quid *iracundia* deliquere, pauci sciunt Cat. $51,_{12}$.

metu: sin *metu* cesserimus, eadem illa advorsa fient Cat. $58,_9$. cujus impulsu Iugurtha deditionem, quam *metu* deseruit, inceperat Iug. 70, 1. aliter quam *metu* jura quaedam tribunis plebis restituit Or. Macr. 8.

formidine: *ea formidine* multi mortales Romanis dediti obsides Iug. $54,_6$. ceteri *formidine*, pars ad Romanos, alii ad regem Bocchum profugerant Iug. $74,_1$. quae tum *formidine* mercatus sum Or. Lep. 18. Carbo *turpi formidine* Italiam atque exercitus deseruit fr. I. 28.

cupidine: pars imperi *cupidine*, alii multitudinis domi minuendae gratia ... Hipponem ... condidere Iug. $19,_1$. et sane Gracchis *cupidine* victoriae haud satis moderatus animus fuit Iug. $42,_2$.

spe: arma tela alia quae *spe* pacis amiserat, reficere Iug. $66,_1$. *hacine spe*, populus Romanus liberos suos ad bellum

misit? Ep. Pomp. 2. vim cunctam et imperia sua *gratia* aut *spe* aut *praemiis* in vos convertere Or. Macr. 5.

taedio: cum modo *taedio* rerum adversarum omnia bello potiora duceret Iug. 62,$_{9}$.

Praeterea inveni: quia *inopia* minus largiri poterat Cat. 23,$_{3}$. an *mobilitate* ingeni pacem atque bellum mutare solitus Iug. 88,$_{6}$. profecto existumabunt me magis merito quam *ignavia* judicium animi mei mutavisse Iug. 4,$_{4}$. qua non gloria movemini neque flagitio cunctaque *praesenti ignavia* mutavistis Or. Macr. 26. sed ubi senatus *delicti conscientia* populum timet Iug. 27,$_{3}$. milites *religione* pluvia magis usi Iug. 75,$_{9}$. ita cunctos *strepitu clamore,* nullo subveniente nostris instantibus, *tumultu formidine* quasi vecordia ceperat Iug. 99,$_{3}$. vigilias ipse circumire, non tam *diffidentia* futura quae imperavisset, quam uti militibus exaequatus ... labor . . esset Iug. 100,$_{4}$. namque alii *fiducia* gnaritatis locorum occultam fugam sparsi fr. III. 68. quoniam *defectione* sociorum et Sertori per montis *fuga* neque manu certare possunt neque utilia parare Or. Cott. 6. *sermone* fautorum similem fore se credens Alexandro fr. III. 7. quae comesa ora hominum rictus *dolore* contrahit fr. II. 2.

Ex passivo pendent hi ablativi: ii vel *aetate* vel curae *similitudine* patres appellabantur Cat. 6,$_{6}$. non *penuria* liberorum in regnum adoptatum esse Iug. 22,$_{2}$. *penuria* rerum necessariarum bellum trahi non posse Iug. 23,$_{2}$. quoniam deditionis *mora* induciae agitabantur Iug. 29,$_{4}$. et *saevitia* temporis et *oportunitate* loci neque capi neque obsideri poterat Iug. 37,$_{4}$. planities deserta *penuria* aquae Iug. 48,$_{4}$. et paene *imprudentia* admissum facinus miserabile Iug. 53,$_{7}$. id factum alii *inopia* bonorum alii per ambitionem consulis memorabant Iug. 86,3. id facinus contra jus belli non *ovaritia* neque *scelere* consulis admissum Iug. 91,$_{7}$. non *sua ignavia* sed ob rem publicam in hostium potestate relictum iri Iug. 112,$_{3}$. locorum *egestate* rapto vivere coacti fr. III. 52.

Notae formulae sunt *eo. eo-quo-eo* fit, ut-*eo,* quia-*qua re* etc.

eo fit, ut impetus fiat in vacuam rem publicam Cat. $52,_{23}$. *eoque* factum, uti divitias paupertas, multitudinem paucitas superaret Cat. $53,_{4}$. *eo* natus sum, ut Iugurthae scelerum ostentui essem Iug. $24,_{10}$. *eo* animus ausus est maximum atque pulcherrimum facinus incipere, simul *quia* vobis eadem quae mihi bona malaque esse intellexi Cat. $20,_{3}$. atque *eo* ita fecisse, *quo* inter se fidi magis forent Cat. $22,_{2}$. abducit *eo consilio,* uti .. perfugeret Cat. $57,_{1}$. *eo* res publica in extremo sita est Cat. $52,_{11}$. atque *eo* boni malos facile anteibant Or. Phil. 13. et *ea re* a nobis ad societatem, ab illis ad praedam peteris Ep. Mithr. 16. *qua re* barbari et famam Romanorum avaritiae falsam Iug. $103,_{5}$. cf. Or. Lep. 24. Phil. 22. Cott. 8. *quapropter* legimus Cat. $58,_{3}$. quapropter vos moneo. *quam ob rem* Cat. $35,_{2}$. $51,_{21}$. Iug. $42,_{5}$. $85,_{47}$. $112,_{1}$.

Accedunt formulae *causa* et *gratia,* quae vel praepositionum munere funguntur, vel conjunguntur cum pronomine demonstrativo: id *ea gratia* eveniebat, quod Iug. $54,_{4}$. *ea gratia* facilius proniusque fuit Iug. $80,_{4}$. *probri gratia* Cat. $23,_{1}$. *cujus* Cat. $45,_{1}$. *negotii* Iug. $76,_{1}$. *ponderis* Iug. $94,_{1}$. *concordiae* Or. Phil. 14. *visundi* aut *spoliandi* Cat. $61,_{8}$. cf. Iug. $19,_{1}$. $31,_{17}$. $37,_{4}$. $47,_{2}$. $61,_{2,4}$. $64,_{1}$. $71,_{5}$.

causa: *ea causa* adversos habeo Cat. $52,_{7}$. *custodiae* causa Iug. $65,_{2}$. *quarum rerum* Cat. $33,_{4}$. *praesidi* Cat. $49,_{4}$. *tumulti* Cat. $59,_{5}$. *divitiarum* ... *injuriae* Cat. $51,_{5}$. *fidei* Iug. $29,_{4}$. $85,_{29}$. genetivus gerundii vel gerundivi exstat Cat. $31,_{5}$. Iug. $84,_{5}$. $105,_{2}$. Cat. $13,_{3}$. Iug. $36,_{2}$. *qua de causa* positum est Cat. $47,_{1}$. *quibus de causis* fr. V. 13. *de multis causis* Cat. $37,_{4}$. Formulam *mea culpa* inveni Iug. $24,_{2}$. non *mea culpa* saepe ad vos oratum mitto.

Ex ablativo *instrumentali* et *causali* ortus est ablativus, quem statuunt grammatici *modalem.* Significat quo modo res fiat vel ipsas res, quae cum aliqua re aut actione conjunctae sunt. Non definit unam tantum vocem, sed pertinet ad totum enuntiatum. Nominare possumus tales ablativos: ablativos „der Nebenwirkung". Exempla in quibus ablativus modi conjunctus est cum adjectivo vel pronomine nullam praebent difficultatem.

Congessi: *demisso voltu, voce supplici* postulare Cat. $31,_7$. ut *regio victu cultuque* aetatem agerent Cat. $37,_6$. *tanta mobilitate* sese Numidae agunt Iug. $56,_5$. *optimis moribus* et *maxima concordia* egit populus Romauus fr. I. 8. *aequo* et *modesto jure* agitatum fr. I. 9. *maximo clamore* cum infestis signis concurrunt Cat. $60,_2$. utrimque *magno clamore* concurritur Iug. $53,_2$. ubi *fide publica* dicere jussus est Cat. $47,_1$. qui Romam *fide publica* venerat Iug. $35,_7$. *quanto studio* aliena ac nihil profutura ... petunt Iug. $1,_5$. *studio majore* quam *opibus* .. ostentabant fr. II. 21. me ad hoc bellum *majore studio* quam *consilio* profectum Ep. Pomp. 4. *eodum cultu* quo liberos suos domi habuit Iug. $5,_7$. multos ex Romanis *familiari amicitia* conjunxerat Iug. $7,_7$. reliquos legatos *eadem via* aggressus Iug. $16,_4$. dum inferior *omni via* grassaretur fr. Inc. 96. *cultu* quam maxime *miserabili* Romam venit Iug. $33,_1$. aberat mons ferme millia viginti *tractu pari* Iug. $48,_3$. *magnisque itineribus* ... pervenit ad oppidum Suthul. Iug. $37,_3$. *magnis itineribus* ... abducit Cat. $57,_1$. *itineribus* quam *maximis* ... contendit fr. IV. 51. praeterea *transvorsis itineribus* cotidie castra movere Iug. $45,_2$. quem *transvorso itinere* porrectum docuimus Iug. $49,_1$. *magnaque frequentia* ejus ordinis Volturcium cum legatis introducit Cat. $46,_6$. nostri *foeda fuga* ... collem occupavere Iug. $38,_7$. in Numidiam proficiscitur *magna spe* civium Iug. $43,_5$. *tanta temperantia* inter ambitionem saevitiamque moderatum Iug. $45,_1$. *munito agmine* incedere Iug. $46,_6$. *quadrato agmine* incedere Iug. $100,_1$. socordius milites ire occepere non *aptis armis* ... *laxiore agmine* fr. III. 71. *tanto agmine* atque *animis* incedit Or. Lep. 24. *effuso exercitu* praedari Iug. $55,_4$. superior aut *aequa manu* discedere Cat. $39,_4$. *minore detrimento* illos vinci Iug. $54,_5$. *magna voce* Siccenses hortatur Iug. $56,_4$. cf. fr. I. 42. 56. *advorsis equis* concurrere Iug. $59,_3$. turmatim et quam maxime *confertis equis* ipse aliique Mauros invadunt Iug. $101,_4$. *honestissima suffragatione* consulatus petebatur Iug. $65,_5$. eo *majore cura* illam administrari quam haec peti debere Iug. $85,_2$. si quidem *majore cura* dominationem illi retinuerint Or. Macr. 28. oppidum Thalam *magna gloria* ceperat Iug. $89,_6$. *magna*

gloria triumphavit Iug. $114,_3$. Metellus *magna gloria* visebatur fr. II. 23. milites quibus in hibernis praeerat *laxiore imperio* quam antea habere Iug. $64,_5$. milites *modesto imperio* habiti Iug. $92,_2$. pavum mihi *libero ore* locutus videtur Iug. $95,_2$. non *acie* neque *ullo more* proelii ... in nostros incurrunt Iug. $97,_4$. dein cunctos *pleno gradu* in collem subducit Iug. $98,_4$. *presso gradu* silentes jam fr. III. 67. *incerto vultu* pavidus ad Sullam accurrit Iug. $106,_2$. Bocchum magis *Punica fide* quam ob ea, quae praedicabat ... attinuisse Iug. $108,_3$. per injuriam malunt quam *optimo jure* liberi agere Or. Lep. 2. necessitatem nihil ausus nisi *muliebri ingenio* exspectabat Or. Lep. 15. constabat *suopte ingenio* alimenta mortalibus gignere fr. I. 61. *maximo gaudio* bellum irritare fr. I. 16. Sertorius *magna industria* perquirebat fr. III. 11. *magna vi* certatur Cat. $60,_3$. Iug. $58,_3$. *magna vi* tendere Cat. $60,_5$. Iug. $60,_6$. $79,_6$. $94,_5$. fr. I. 40. *majore vi* hostes urgent Iug. $56,_6$. *summa vi* .. nititur Iug. $25,_9$ $92,_6$. *quantaque vi ... jusserit* Iug. $40,_3$. ne *simplici* quidem *morte* moriebantur fr. III. 25, *multis precibus* quum oraret fr. III. 67.

Rarius Sallustius conjungit ablativum modi, qui actionem quasi comitatur cum praepositione *cum*. Fere omnibus locis, ubi hanc structuram invenimus, adjectum est ablativo adjectivum aliquod: *cum summo studio* domi exsequebantur Cat. $51,_{38}$. vobis *summa cum turpitudine* in exilio aetatem agere Cat. $58,_3$. praetor *cum magna gloria* in exercitu fuerat Cat. $59,_6$. maximo clamore *cum infestis signis* concurrunt Cat. $60,_2$. *cum suo auxilio* poenas petat Iug. $65,_3$. *cum magna cura* parare omnia Iug. $66,_1$. *cum maxima cura* ultum ire injurias festinat Iug. $68,_1$. *cum magno gaudio* obvii procedunt Iug. $69,_1$. quantum *cum maximo vostro beneficio* negoti sustineam Iug. $85,_3$. vineae *cum ingenti periculo* frustra agebantur Iug. $92,_8$. *cum machinato strepitu* tonitruum coronam ... imponebat fr. II. 23. *cum magno tumultu* invadit fr. II. 40. Notandum est praepositionem semper poni ante adjectivum et substantivum excepto uno loco Cat. $58,_3$. summa cum turpitudine. Praepositio cum omisso adjectivo non legitur nisi Iug. $14,_{15}$. *cum maerore* et *luctu* morte graviorem vitam exigunt. Iug. $54,_1$. saucios *cum*

cura reficit. Nusquam praepositio conjungitur cum vocibus, quae ipsae significant *modum* et *rationem* veluti: neque id *quibus modis* assequeretur ... quicquam pensi habebat Cat. $5,_6$. fr. *II.* 33.

omnibus modis quaestui deditus erat Cat. $13,_5$. $20,_{12}$. $26,_2$. $29,_3$. Iug. $15,_2$. $39,_2$. $55,_3$.

multis modis quam illexerat Cat. $16,_1$.

quo modo: rem publicam habuerint Cat. $5,_9$. Iug. $17,_7$. $103,_7$.

eo modo: minime posse putabant Cat. $6,_7$. Iug. $7,_1$. $52,_{1,6}$. $63,_5$. $75,_6$. $83,_3$. $101,_5$.

quae *quoque* (relativ) *modo* audiverat Cat. $23,_4$. $58,_4$. Iug. $30,_1$.

quonam modo: maxime ulti Cat. $33,_6$. Iug. $101,_2$.

hoc modo: dicebantur Cat. $43,_2$. Iug. 13_9,. $84,_5$. $104,_4$.

eodem modo: supplicium sumptum est Cat. $55,_6$.

quovis modo: inceptum perficere Iug. $11,_9$. $35,_4$. $36,_1$. $42,_4$.

omni modo plebis animum accendebat Iug. $30,_3$.

alium *alio modo* excitare Iug. $49,_4$. Or. Macr. 20.

quoque modo potuere Iug. $60,_7$.

quocunque modo belli componendi licentiam Iug. $10,_1$.

suo modo: habeant imperia Or. Macr. 18.

alii *alio more* viventes Cat. $6,_2$. Iug. $54,_5$. adeo *more suo* videbatur facere Cat. $37,_2$. $48,_4$. Iug. $98,_6$. neque *more militari* vigiliae deducebanter Iug. $44,_5$. non acie neque *ullo more* proelii Iug. $97,_4$. *more regio* fecerant Iug. $11,_2$. fr. I. 9. *bonis* an *malis moribus* vivamus Cat. $52,_{11}$. *more Romano* ... potestas permittitur Cat. $29,_3$.

quibus rebus possint opes factionis confirment Cat. $32,_2$.

Accedunt voces, quibus animus, consilium, conditio exprimitur:

aequo animo: accipit Cat. $3,_2$. Iug. $31,_{11 \cdot 21}$. $68,_3$.

alio animo belli eventum exspectabant Cat. $37,_9$.

confirmato animo vocari ... jubet Cat. $46,_3$.

volenti animo de ambobus acceperant Iug. $73,_3$.

feroci animo negat se ... pertimescere Iug. $106,_3$.

uno animo. quod vobis ... pergentibus possit. Or. Macr. 8.

hostili animo: arma cepisse Iug. $102,_{12}$.
firmioribus animis: obvii fuerant Iug. $50,_{4}$.
laetissimis animis: excipitur Iug. $88,_{1}$.
obstinatis animis: perditum irent Cat. $36,_{4}$.
quantis animis: ierit in L. Quintium Or. Macr. 11.
tantis animis: qua re igitur *tanto agmine* atque *animis* incedit Or. Lep. 24.

quo consilio exercitus foret Cat. $29,_{1}$. urbem ab insidiis *privato consilio* longius tueri poterat Cat. $29,_{1}$. exercitum *privato consilio* paratum Or. Phil. 22.

eadem conditione sesequem in locum vellent processuros Iug. $79,_{8}$. bellum *quibus* posset *conditionibus* desineret fr. Inc. 4.

ubi *hoc exemplo* per senati decretum consul gladium eduxerit Cat. $51,_{36}$.

insanum aliter *sua sententia* atque adulterarum mulierum fr. I. 37.

Adjectivi vel pronominis loco interdum ponitur *genetivus*: licuit *more majorum* lege uti Cat. $33,_{2}$. $52,_{36}$. Iug. $33,_{3}$. $55,_{1}$. $62,_{5}$. $86,_{2}$. fr. Inc. 51. *virorum more* pugnantes Cat. $58,_{21}$. *more pecorum* vos multitudo singulis ... praebetis Or. Macr. 6. *hostium more* per triumphum duxere Ep. Mithr. 8, *more rumorum* audivit fr. II. 70. *more militiae* donat Iug. $54,_{1}$. fr. III. 67. *more ingeni humani* cupido difficilia faciundi animum vortit Iug. $93,_{3}$. *more equestris proelii* sumptis tergis atque redditis fr. Inc. 55. *more humanae cupidinis* ignara visundi fr. Inc. 94. petenti *more regum* Iug. $65,_{2}$. igitur *senati decreto* Q. Marcius Rex Faesulas ... missi Cat. $30,_{3}$. ergo *senati decreto* serviendumne sit fr. Inc. 93. *paucorum arbitrio* belli domique agitabatur Iug. $41,_{7}$. *jure belli*: unde vi Iugurtham expulerit jure belli suam factam Iug. $102,_{13}$. *jure gentium* res repeto fr. III. $61,_{17}$. non prius bellum attingere quam *majorum disciplina* milites laborare coegisset Iug. $44,_{3}$. *senatus populique Romani verbis* nuntient Iug. $21,_{4}$. *senati verbis* graves minae nuntiabantur Iug. $25,_{11}$. qui *regis verbis* ab Mario petivere Iug. $102,_{2}$. nitebatur pleraque nobilitas *senatus specie* pro sua magnitudine Cat. $38,_{2}$. nisi forte *specie concordiae* et *pacis*, quae sceleri et

parricidio suo nomina indidit Or. Lep. 24. Cn. Pompeji veteres fidosque clientis, *voluntate ejus* Pisonem agressos Cat. 19,$_5$. *jussu regis* in loca munita contulerant Iug. 90,$_1$. *jussu* [*senatus* aut] *populi* [*Romani*] foedus fieret Iug. 112,$_3$. *jussu* Metelli cornicines occanuere fr. I. 71. decernit *suo* atque *populi injussu* nullum potuisse foedus fieri Iug. 39,$_3$. *ductu meo* scelestissimi hostes fusi Ep. Pomp. 1. *ductu* ejus ... patrata fr. I. 55. *cujus arbitratu* de communibus negotiis consuleretur Iug. 105,$_1$. *cujus impulsu* Iugurtha deditionem ... inceperat Iug. 70,$_1$. *Modo* cum genetivo conjunctum invenitur fr. I. 12. *torrentis modo* praecipitati. fr. I. 21, nexuit *catenae modo.* fr. Inc. 25. invasere patentis tum et *pacis modo* effusas urbes.

Ablativi modales omisso adjectivo vel genetivo raro ponuntur. Inveni apud Sallustium hos: *silentio:* ne vitam *silentio* transeant Cat. 1,$_1$. *silentio* praeterire non fuit consilium Cat. 53,$_6$. *silentio* egredi jubet Iug. 106,$_4$. cf. *Caes.* bell. gall. 7,$_{11 \cdot 36}$. bell. civil. 2,$_{35}$. *strepitu* velut hostes adventare Iug. 53,$_7$. non *proeliis* neque *acie* sed *alio more* gerendum esse Iug. 54,$_5$. Mauri atque Gaetuli non *acie* neque *ullo more* proelii, sed catervatim ... in nos incurrunt. Iug. 97,$_4$. cf. *Liv.* 23,$_{11 \cdot 8}$. 5,$_{28 \cdot 6}$. *cursu* tendere ad Capsam Iug. 91,$_4$. cf. *Liv.* 9,$_{13, 2}$. aut si Romanus auxilio suis venisset, *proelio* sese certaturos Iug. 81,$_3$. cf. 88,$_4$. *studio* ad rem publicam latus sum Cat. 3,$_3$. posse *conditionibus* bellum poni Iug. 112,$_1$. cf. *Liv.* 24,$_{3 \cdot 11}$. 34,$_{23 \cdot 11}$. urbis partim vi, alias *voluntate* imperio suo adjungit Iug. 13,$_2$. fatigati regis supplicio neque antea *voluntate* alienati Iug. 66,$_2$. cf. *Liv.* 34,$_{23 \cdot 11}$. 35,$_{45 \cdot 4}$. quae quamquam gravia sunt, tamen *consuetudine* jam pro nihilo habentur Iug. 31,$_{25}$. ac postea *nomine* Numidae ... possedere ea loca Iug. 18,$_{11}$. cui *verbis* pax nuntiabatur, ceterum *re* bellum asperrimum erat Iug. 48,$_1$.

Quasi adverbia facta sunt ablativi modi: *forte:* Cat. 53,$_2$. Iug. 12,$_3$. 50,$_3$. 63,$_1$. 71,$_1$. 93,$_{2 \cdot 4}$. fr. II. 40. 66. fr. III. 4. 36. 56. 65. fr. IV. 22.

jure: quid in illos jure fieri posset Cat. 51,$_6$. Iug. 14,$_{10 \cdot 24}$. 31,$_8$. 64,$_2$. 85,$_{17}$. Or. Lep. 18. Or. Phil. 4. 7.

merito: me magis merito quam ignavia judicium animi mei mutavisse Iug. $4,_{4}$. Cat. $51,_{26 \cdot 29 \cdot 32}$. fr. I. 12.

falso: C. Caesar falso nominaretur Cat. $49,_{1}$. Iug. $1,_{1}$.

Hendiadys formula usurpata est a Sallustio Cat. $51,_{4}$. quae majores nostri contra libidinem animi sui *recte* atque ordine fecere. cf. *Liv.* $24,_{31 \cdot 7}$. $28,_{39 \cdot 18}$.

Ablativus modi *injuria* a Sallustio circumscribitur praepositione *per:* utrumque per injuriam malunt Or. Lep. 2. cf. Or. Phil. 15.

Restat *ablativus gradus* sive *mensurae.* Ex formulis *quo magis, quo minus, quo facilius,* quae sunt pro *ut eo magis, minus, facilius:* „damit dadurch mehr" etc. colligere possumus hunc ablativum ortum esse ex ablativo causali. *quo magis* legitur Cat. $52,_{35}$. quo magis properandum est „deshalb ist mehr zu eilen". Iug. $2,_{4}$. *quo minus* Cat. $37,_{8}$. quo mihi *rectius* videtur Cat. $1,_{3}$. *quo audacius* Cat. $58,_{12}$. *quo facilius* Iug. $14,_{19}$. *quo cupidius* fr. Inc. 63. In „*ut eo*" sequente conjunctivo, solvendum est *quo* his locis: *quo* inter se *magis fidi* forent Cat. $22,_{2}$. *quo facilior* aditus esset Cat. $43,_{2}$. *quo facilius* ... tegeret Cat. $48,_{7}$. *quo* studium clarius esset Cat. $49,_{4}$. *quo* animus *amplior* esset Cat. $59,_{1}$. *quo* ... illustria *magis* sint Iug. $5,_{3}$. *quo facilius* patefierent Iug. $32,_{1}$. *quo* facilius ... superes Iug. $88,_{6}$. $102,_{10}$. *quo levius* streperent Iug. $94,_{1}$. *quo* ... *licentius* gereretur Iug. 108,2. *quo rectius* tua componas Ep. Mithr. 4.

eo: eo magis: Cat. $4,_{2}$. $48,_{4}$. $52,_{16}$. Iug. $3,_{1}$. $20,_{6}$. $22,_{1}$. *eo profusius* Cat. $13,_{5}$. *eo firmiora* Iug. $64,_{6}$. *eo amplius* Iug. $80,_{6}$. *eo intentior* Iug. $53,_{3}$. *eo facilius* Iug. $89,_{7}$. *eo acrius* Iug. $94,_{6}$.

nihilo minus est pro *nulla re minus.* Exempla exstant: Cat. $3,_{5}$. $16,_{3}$. $26,_{1}$. Or. Phil. 19. *nihilo segnius* Iug. $75,_{10}$. *nihilo secius* apud Sallustium non inveni.

Ablativi adjectivorum: *aliquanto, multo, paulo, quanto,* recedunt a significatione causae et mensuram indicant.

aliquanto: *minores* tamen Cat. $8,_{2}$. *posteriores* Iug. $79,_{7}$. cum *aliquanto majore numero,* quam decretum erat Iug. $86,_{4}$.

multo: *asperior* Cat. $20,_{13}$. *multo* maxime miserabile visum est Cat. $36,_{4}$. *multo pulcherrimam* Cat. $52,_{20}$. *multo magis* Iug.

$54,_{7}$. $89,_{4}$. *praeclarius* Iug. $85,_{24}$. *multo optima* Iug. $85,_{33}$. *multo plura* bona Iug. $102,_{8}$. *multo* propius Or. Phil. 10. *multo paucioribus* Ep. Pomp. 5. *multo* celerius fr. III. 12. *haud multo* secus fr. III. 67.

paulo: occultius Cat. $17,_{5}$. *severior* Cat. $51,_{15}$. *divorsius* Cat. $61,_{3}$. *inconsultius* Iug. $35,_{6}$. *editiorem* Iug. $58,_{3}$. *superioribus* Iug. $68,_{2}$. *asperior* Iug. $94,_{2}$.

quanto: quantoque tutius factio noxiorum agat Or. Macr. 3.

Sequuntur *quo* ... *eo.* quo minus gloriam petebat eo magis sequebatur Cat. $54,_{5}$. quo plura bene atque strenue fecisset, eo animum suum injuriam minus tolerare Iug. $22,_{3}$. quo pluris est universa res publica ... eo majore cura illam administrari Iug. $85,_{2}$. Inversus ordo exstat Iug. $31,_{17}$. atque eo vehementius, quo majus dedecus est.

quanto ... *tanto:* quanto vos attentius ... tanto ... infirmior Cat. $52,_{18}$. quanto ... praeclarior, tanto ... flagitiosior Iug. $85,_{22}$. quanto minus ... tanto tutiores Iug. $107,_{1}$. quanto ... avidius ... tanto ... acrius Or. Phil. 17.

Idem ablativus mensurae adhibetur ad significandam *temporis* notionem, quanto ante vel post factum aliquod alia res acciderit. quos *paulo ante* memoravi Cat. $20,_{1}$. $26,_{3}$. $44,_{2}$. $46,_{4}$. $47,_{4}$. $50,_{3}$. $52,_{13}$. Iug. $14,_{7}$. $20,_{1}$. $38,_{6}$. $81,_{1}$. $99,_{1}$. $101,_{6}$. Or. Lep. 11. *multo* ante lucis adventum Iug. $91,_{3}$.

paulo post: cum armatis hominibus ... introire Cat. $28,_{1}$. $51,_{34}$. Iug. $36,_{2}$. $71,_{5}$. Multis locis legitur *post paulo*: post paulo Catilina, pecuniarum repetundarum reus, prohibitus erat consulatum petere Cat. $18,_{3}$. Iug. $56,_{3}$, $74,_{1}$. $106,_{3}$.

Ablativus *multo* conjungitur praeterea cum verbis, quibus inest notio *comparativi:* in re publica *multo praestat* Iug. $31,_{28}$. cum eae *paulo processerant* Iug. $92,_{8}$.

Non omnibus locis sequuntur *eo* ... *quo,* sed interdum *eo* ... *quod,* praecipue in formula *eo* ... *magis*: *eo magis quod* mihi a spe animus liber erat Cat. $4,_{2}$. Iug. $22,_{1}$. *eo firmiora* videbantur, quod Iug. $64,_{6}$. *eo facilius* retinebant, quod Iug. $78,_{4}$. sequitur *quia* Iug. $89,_{7}$. *eo facilius* tolerabatur, quia Numidae plerumque lacte ... vescebantur.

Ablativos mensurae Sallustius semper locat ante comparativum ex quo pendent, locos. qui leguntur apud Caesarem: *maturius paulo* bell. gall. $1,_{54,2}$. *latius inflatiusque* multo bell. civil $3._{79}$. non inveni. Interdum verbum aliquod interpositum esse inter ablativum et comparativum jam supra vidimus cf. Or. Phil. 17. Cat. $1,_{3}$. Tribus tantum locis pendet ablativus ex *superlativo*, non ex comparativo Cat. $36,_{4}$. multo maxime miserabile visum. $52,_{20}$. multo pulcherrimam eam haberemus Iug. $85,_{33}$. illa multo optima rei publicae doctus sum; ex *positivo* nullo loco pendet.

Verbum *abesse*, quod Caesar cum ablativo spatii conjungit apud Sallustium regit *accusativum:* a quo aberat mons milia viginti Iug. $48,_{3}$. cf. $68,_{3}$. Solus ablativus ponitur, ubi *distantia* duorum locorum significatur: Marius pervenit in locum ab Capsa non amplius duum millium *intervallo* Iug. $91,_{3}$. Iugurtham circiter duum millium *intervallo* ante consedisse Iug. $106,_{5}$. et fortasse Iug. $75,_{2}$. *spatio* millium quinquaginta. MS. exhibent *in* praepositionem. Valentiam *parvo intervallo* praeterfluit fr. II. 18. cf. *Liv.* $15,_{9.3}$. *spatio.* $25,40,_{9}$. *intervallo.*

Hoc loco nominandum est verbum *metiri* ex quo pendet ablativus significans modum judicandi Cat. $31,_{2}$. neque bellum gerere, neque pacem habere, *suo* quisque *metu* pericula metiri cf. *Cic.* Tuscul. I. $37,_{90}$. ut eam non sensu nostro sed salute ipsius metiamur. Phil. $12,_{12}$.

Ablativi absoluti omnes reducendi sunt ad ablativos instrumentales, causales, modales sive rei accidentis. Quod actio quaelibet certo tempore accidit, omnibus ablativis absolutis temporis notio inest, nam tempus nascitur et sentitur, quod res geruntur et rerum gestarum spatiis tempora metimur. Ablativi absoluti nostro sermone integris enuntiatis reddendi sunt et varie verti possunt, quod fons eorum triplex est. Quae vera sit notio, ex toto enuntiato colligendum est. Et *causae* et *temporis* notionem inesse in his ablativis credo: denique *omnibus* labore et aestu *languidis* Metellus ubi videt Numidas minus instare Iug. $51,_{3}$. plebes *nobilitate fusa* per legem Mamiliam novos extollebat Iug. $65,_{5}$. postquam *omissa deditione* bellum

incipit Iug. $66,_{1}$. ita *perculsa nobilitate* ... novo homini consulatus mandatur Iug. $73,_{6}$. uti saepe jam *victo Iugurtha* consueverat Iug. $82,_{1}$. eo modo saepe ab utroque *missis remissisque nuntiis* tempus procedere Iug. $83,_{3}$. adhibitis amicis ac statim *immutata voluntate* remotis dicitur secum ipse multum agitavisse Iug. $113,_{3}$. cui misero *acta* jam *aetate* ne mortem quidem honestam sperare licet Or. Cott. 2.

Conjunctione *quamquam* circumscribi possunt hi: et *accepta injuria* ignoscere quam persequi malebat Cat. $9,_{5}$. qui ne nunc quidem *obnoxiis inimicis* exurgitis Iug. $31,_{3}$. *resistentibus collegis* continuare magistratum nitebantur Iug. $37,_{2}$. *plerisque* faciem ejus *ignorantibus* factis notus per omnis tribus declaratur Iug. $63,_{4}$. *saevissimis Numidis* et *oppido* undique *clauso* Turpilius praefectus ... profugit Iug. $67,_{3}$. vix *decima parte* die *reliqua* invadunt Iug. $97,_{3}$. praeterea *missis* antea Romam *legatis* repulsum ab amicitia Iug. $102,_{14}$. quae scilicet *tacente ipso* occulta pectoris patefecisse Iug. $113,_{3}$. quippe qui *nomine* modo imperi a vobis *accepto* ... exercitum paravi Ep. Pomp. 4. *aegra parte* militum autumni gravitate neque ex postrema fuga ... *ullis* ad signa *redeuntibus* et qui reliqui erant per summa flagitia *detractantibus* militiam, quaestorem suum ... miserat fr. III. 67. omnes quibus *senecto corpore* animus militaris erat fr. IV. 63. *peractis* septuaginta *annis* armatus equum insilire fr. V. 3.

Interdum hujusmodi ablativos sequitur particula *tamen: abnuente Tigrane,* qui mea dicta sero probat, *te remoto* procul, *omnibus aliis obnoxiis,* rursus *tamen* bellum coepi Ep. Mithr. 13. *castrisque conlatis* pugna *tamen* ingenio loci prohibebatur. fr. III. 18; *praecedit* Cat. $20,_{12}$. *tamen summa lubidine* divitias suas vincere nequeunt; *interposita* est Iug. $25,_{11}$. *multa tamen oratione consumpta* legati frustra discessere. Particulas concessivas cum ablativis absolutis conjunctas apud Sallustium non inveni cf. *Caes.* bell. civil. 1. $67,_{5}$. *etsi aliquo accepto detrimento,* tamen summa exercitus salva locum, quem petant, capi posse. Tacit. histor. 1. 60. quies provinciae, *quamquam remoto consulari,* mansit cf. Caes. bell. alexandr. $44,_{3}$.

magnitudine quamquam non satis justa ad proeliandum. De *Livio* confer Kühnast p. 269.

Conditio inest in his ablativis: seque, si pauci adjuvarent, *languentibus aliis,* impetum in curiam facturum Cat. $43,_3$. quo facilius *appellato Crasso* per societatem periculi reliquos illius potentia tegeret Cat. $48,_7$. *capta urbe* nihil fit reliqui victis Cat. $52,_4$. quo militibus *exaequato periculo* animus amplior esset Cat. $59,_1$. ne legatus *cognita re* laborantibus suis auxilio foret Iug. $52,_6$. caveat ne *illo cunctante* Numidae sibi consulant Iug. $62,_1$. ita Iugurtha ratus aut *capta urbe* operae pretium fore, aut si ... Iug. $81,_3$. et profecto *deis juvantibus* omnia matura sunt Iug. $85,_{48}$. Romanos, sicuti plerosque, *remoto metu* laxius licentiusque futuros Iug. $87,_4$. si aut Romani Africa expulsi, aut *integris suis finibus* bellum compositum foret Iug. $97,_2$. denique nihil *me sciente* frustra voles Iug. $110,_4$. *quibus labefactis* quam formidatus est tam contemnetur Or. Lep. 24. et bene *juvantibus dis* M. Aemilium consulem ducem et auctorem sequimini Or. Lep. 27. mox *dempto metu* lacerant Or. Macr. 21. malle principem *volentibus vobis* esse quam illis dominationis socium Or. Macr. 23. *nobis oppressis* utrum firmiorem te ad resistendum an finem belli futurum putes Ep. Mithr. 16.

Notio *causalis* praevalet: sed ubi primum *dubiis rebus* novandi spes oblata est' Cat. $39,_3$. postquam hominem adolescentem *exacta sua aetate* et *parvis liberis* magis magisque crescere intellegit Iug. $6,_2$. quos praeter fugam *soluto imperio* licentia atque lascivia corruperat Iug. $39,_5$. igitur *ceteris* metu *perculsis* M. Scaurus ... *trepida* etiamtum *civitate* ... effecerat Iug. $40,_4$. *remissis,* qui in praesidio erant, et omnia magis quam proelium *exspectantibus* portam inrupit Iug. $58,_1$. ita *prospectu impedito* morari iter Iug. $79,_6$. at Numidae saepe antea *vineis* Romanorum *subvorsis,* item *incensis* non castelli moenibus sese tutabantur Iug. $94,_4$. quoniam imperare *conturbatis omnibus* non poterat Iug. $98,_1$. dispersos milites neque minus *hostibus conturbatis* in unum contrahit Iug. $98,_4$. *nullo subveniente nostris instantibus,* tumultu formidine quasi vecordia ceperat Iug. $99,_3$. ac multi *volneribus acceptis* neque fugere posse neque quietem

pati Iug. 101,$_{11}$. jamque nocturno itinere *fessis omnibus* Sulla ... castra metabatur Iug. 106,$_{5}$. *dubio* atque *haesitante Iugurtha* incolumes transeunt Iug. 107,$_{6}$. et nunc *malis fructibus* ipsa vix agitat Ep. Pomp. 9. in obsidio moranti frumentum defuit, *nullo* circum *adnitente* Ep. Mithr. 14. ego *vastis* circum *omnibus locis* in Armeniam concessi Ep. Mithr. 15. ceterum consilium est, Tigranis *regno integro, meis militibus* belli *prudentibus*, procul ab domo parvo labore per nostra corpora bellum conficere Ep. Mithr. 16. postquam *remoto metu Punico* simultates exercere vacuum fuit fr. I. 10. Sertorius *portis* turbam *morantibus* et *nullo,* ut in terrore solet, generis aut imperi *discrimine* per calonum corpora ad medium evasit fr. I. 74. fr. I. 111.? namque *his* praeter solita *vitiosis* agri *tractibus* fr. III. 1. et onere turrium *incertis navibus.* fr. III. 23. nam omnia oppidi stagnabant *redundantibus cloacis* fr. III. 26. neque jam sustineri poterat immensum *aucto mari* et *vento gliscente* fr. III. 31. et *Metello* procul *agente* longa spes auxiliorum fr. Inc. 3.

Particula *nisi* conjuncta cum ablativo absoluto Sallustius non utitur cf. *Caes.* bell. gall. 2,$_{20 \cdot 3}$. legatos Caesar discedere nisi munitis castris vetuerat 32. nullam esse conditionem *nisi armis traditis.*

Ablativi modales vel rei accidentis sunt omnes, qui formati sunt ex substantivo conjuncto cum adjectivo negativo vel positivo. *sedibus incertis* vagari Cat. 6,$_{1}$. *incognita causa* statuatis Iug. 14,$_{20}$. ne ager *inultis hostibus* vastaretur Iug. 70,$_{4}$. *ignaris omnibus* parare Iug. 91,$_{1}$. *nulla* munitionis aut requie *mora* processit fr. I. 97. *incertis navibus* fr. III. 23. *ignaris cultoribus* fr. III. 67. *lumine* etiamtum *incerto* duae Gallae mulieres ... ascendunt fr. IV. 15. qui *nullo certo exilio* vagabantur fr. Inc. 27. non *repugnantibus* modo sed ne *deditis* quidem fr. Inc. 60. respondit ... cetera occulte, aut *nullo* aut quam *paucissimis* praesentibus Iug. 109,$_{1}$. qui nisi subvenitis, *invito* et *praedicente me* exercitus hinc ... in Italiam transgredientur. Ep. Pomp. 10. quem exitum *tantis malis* sperarent Cat. 40,$_{2}$. alio tempore *alio consule* ... falsum pro vero credi Cat. 51,$_{36}$. *obscuro* etiantum *lumine* milites Iu-

gurthini signo dato castra hostium invadunt Iug. $21,_2$. *sollicitata plebe* et *aliis* novarum rerum *avidis* ... condidere Iug. $19,_1$. pauca *praesenti consilio* locutus Iug. $29,_5$. *cupientissima plebe* consul factus Iug. $84,_1$. multis locis potitus, ac plerisque *incruento exercitu,* aliam rem aggreditur Iug. $92,_4$. arma ornatumque mutaverant *capite* atque *pedibus nudis* Iug. $94,_1$. interim *omnibus, Romanis hostibusque,* proelio *intentis,* magna utrimque vi pro gloria atque imperis *his, illis* pro salute *certantibus,* repente a tergo signa canere Iug. $94,_5$. *defessis* jam *hostibus* et paulo ante somno *captis* de improviso vigiles ... signa canere Iug. $99,_1$. pariter ac *saevissimo imperio* lene atque decore gesta Iug. $100,_5$. consules fecistis ... domi bellique *impedissima re publica* Or. Cott. 6. *Sulla mortuo* ... finem mali credebatis Or. Macr. 9. Bithyniam *Nicomede mortuo* diripuere Ep. Mithr. 9. *restituto* deinde apud Caberam *exercitu* et *variis* inter me atque Lucullum *proeliis* inopia rursus ambos incessit Ep. Mithr. 15. *ceteris expertibus* soli in imperio agere fr. I. 9. cujus *advorsa voluntate* conloquio militibus permisso corruptio facta fr. I. 57. *avidis* atque ita *promptis ducibus* fr. II. 19.

Participii loco adhibentur substantiva:

dux: qui Aenea *duce* profugi sedibus incertis vagabantur Cat. $6,_1$.

consul: L. Caesare G. Figulo consulibus Cat. $17,_1$. cf. $18,_2$. $38,_1$. Or. Macr. 10. fr. I. 1. 8.

quibus *juvantibus quibusque ministris* ea egerit Iug. $33,_4$. *quis adjutoribus* regem aggressus impellit Iug. $80,_3$. *maximis ducibus strenuisque ministris* fr. Inc. 102.

Particulae *ut* vel *sicuti,* confer *Caes.* bell. gall. $3,_{18},_8$. laeti ut explorata victoria. bell. civil. $2,_{13},_2$. ut re confecta omnes curam et diligentiam remittunt etc. cf. Fischer § 47 apud Sallustium non inveniuntur, legitur *quasi* uno loco Iug. $100,_3$. consul *quasi nullo imposito* omnia providere.

Neque Sallustius neque Caesar utitur ablativo *nubilo, sereno* omisso substantivo, qui legitur apud Livium $31,_{12}$. $23,_7$. cf. Fischer § 47. *audito* exstat fr. V. 11. *comperto* fr. V. 10.

Nullo loco ablativi praedicati conjunguntur cum ablativis

absolutis veluti apud Caesarem bell. gall. $2,_{13},_{1}$. Caesar *obsidibus acceptis primis* civitatis atque ipsius Galbae regis *duobus filiis* ... in deditionem Suessiones accepit. cf. $7,_{46}$. bell. civil. $3,_{31}$. Fischer § 47. Gravitatem vel difficultatem interpretandi, quae fieri potest, ubi complures ablativi sequuntur, fugit Sallustius. *Quattuor* ablativi leguntur Iug. $92,_{5}$. uno perangusto aditu relicto. $98,_{5}$. utroque collo multitudine circumdato fr. III. 26. redundantibus cloacis adverso aestu maris; *quinque* Cat. $46,_{2}$. in maximo scelere tantis civibus deprehensis Iug. $94,_{5}$. interim omnibus Romanis hostibusque proelio intentis Ep. Mithr. 16. regno integro meis militibus belli prudentibus fr. Inc. 102. maximis ducibus fortibus strenuisque ministris, quod Diomedes p. 447 exemplum homoeoptoti attulit. *Septem* ablativi exstant apud Caesarem bell. gall. $4,_{4},_{4}$. omni hoc itinere una nocte equitatu confecto.

Unum tantum locum inveni, quo vox aliqua enuntiati referenda est ad ablativum absolutum Cat. $48,_{7}$. quo facilius appellato Crasso per societatem periculi reliquos illius potentia tegeret. De Caesare, qui hanc structuram multis locis adhibet, confer Fischer § 47. Satis habeo unum exemplum afferre bell. gall. $6,_{43},_{1}$. Caesar rursus ad vexandos hostes profectus magno coacto numero ex finitimis civitatibus in omnes partes dimittit.

Duobus locis, in quibus enuntiatum relativum sequitur ablativum absolutum, omissum est subjectum ablativi; subaudiendum est *iis*. Iug. $58,_{1}$. *remissis,* qui in praesidio erant et omnia magis quam proelium exspectantibus. Iug. $106,_{3}$. mansurum potius quam *proditis,* quos ducebat, turpi fuga incertae ... vitae parceret; exstat Iug. $101,_{8}$. cum Sulla *profligatis iis,* quos adversum ierat, rediens ab latere Mauris incurrit.

Plerumque conjunguntur duo ablativi absoluti conjunctione *et* cf. Ep. Mithr. 15. Iug. $5,_{4}$. $35,_{1}$. fr. I. 74. III. 31. omissa est Iug. $99,_{3}$. nullo subveniente nostris instantibus. Ep. Mithr. 13. abnuente Tigrane, qui mea dicta sero probat, te remoto procul, omnibus aliis obnoxiis. 16. Tigranis regno integro, meis militibus belli prudentibus. cf. Caes. bell. gall. $1,_{24}.{_5}$. ipsi confertissima acie rejecto nostro equitatu phalange facta ... suc-

cesserunt cf. Fischer § 47. p. 5. De verborum collocatione in ablativis absolutis nihil est, quod sit memoratu dignum. Subjectum enuntiati interpositum est inter genitivum conjunctum cum ablativo absoluto et ablativum ipsum fr. I. 18. quorum Iugurtha accepta oratione respondit cf. de Caesare Fischer § 47, pag. 5 ff. *quisque* interpositum est Iug. $18,_3$. *multis sibi quisque* imperium *petentibus.* Multis locis casus, praepositiones, adverbia, enuntiationes relativae et parentheticae subjunctae sunt ablativis absolutis, quae rem aliquam accuratius definiant. Adscripsi haec exempla: Cat. $20,_1$. $43,_1$. $45,_1$. $48,_8$. $50,_1$. $59,_1$. Iug. $5,_6$. $14,_{11}$. $18,_3$. $19,_1$. $21,_2$. $22,_2$. 25_{11}. $29,_2$. $36,_4$. $40,_4$. $51,_3$. $56,_{2 \cdot 3}$. $60,_6$. $62,_9$. $66,_2$. $73,_3$. $84,_5$. $86,_1$. $91,_2$. $94,_5$. $99,_1$, $102,_{13}$. $103,_1$. $104,_1$. Ep. Mithr. 13. 14. 15. fr. I. 8. 10. 54. 74. II. 19. 23, 45. 55. III. 1. 24. 31. 67. IV. 6. 15. 41. fr. Inc. 3. 20. 28. 41. 99. 101. 115.

Nusquam participium ablativi absoluti intercedit inter adjectivum et substantivum, praecedit Cat $33,_3$. $43,_1$. Iug. $6,_2$. $14,_2$. $32,_{1 \cdot 5}$. $70,_5$. $87,_1$. $101,_6$. Ep. Mithr. 8. fr. I. 10. II. 16. plerumque postponitur cf. Cat. 18, 6. $20,_1$. $26,_1$. $45,_1$. $46,_{1 \cdot 2}$. $60,_1$. Iug. $14,_1$. $20,_7$. $25,_{1 \cdot 11}$. $43,_5$. $62,_9$. $72,_1$. $81,_2$. $90,_2$, $91,_2$. $92,_5$. $93,_1$. $94,_5$. $98,_6$. $101,_2$. $105,_1$. Ep. Mithr. 4. fr. I. 8. 65. 84. II. 45.

Participium futuri activi vel passivi apud Sallustium et Caesarem non invenitur. Legitur apud Livium $4,_{18,6}$. nec Etruscis, nisi cogerentur, pugnam inituris. $36,_{41,1}$. $41,_{19,10}$ etc.

Restat, ut afferam ablativos *supini*:

Vide haec exempla:

actu: promptus fr. Inc. 31.

defensu: faciles fr. III. 32.

factu: facillimum Cat. $14,_1$. optimum: Cat. 55_1. $57,_5$. Iug. $107,_5$. facilia Cat. $3,_2$.

memoratu: incredibile Cat. $6,_2$. $7,_3$. Iug. $40,_3$.

visu: facilia Iug. $98,_7$. facillimum Iug. $113,_5$.

De praepositionibus, quae regunt Ablativum.

De praepositione *a* jam supra diximus, ubi egimus de ablativo vero vel proprio. Addenda sunt haec: *abs* nullo loco invenitur, *ab* nusquam legitur ante *b. f. g. qu. v.;* ante *c* Sallustius plerumque ponit a; *ab* exstat quattuor locis Cat. $48,_9$. ab Cicerone, Iug. $82,_1$. ab Cirta. $91,_3$. ab Capsa. $104,_2$. ab consule. Ante *d. l. r. s. t.* invenitur et a et ab, quod legimus ante *m* duobus locis Iug. $22,_2$. ab Micipsa. $64,_1$. ab Metello. *n* plerumque praecedit *ab,* nam *a* non invenitur nisi Ep. Mithr. 16. a nobis. Ante *p* ponitur a. *ab* habemus Iug. $50,_6$. ab persequendo. Iug. $76,_5$. ab perfugis. Praeterea legimus *ab* ante *z.* ab Zama discedit Iug. $61,_1$.

Nonnullis locis praepositione *a* indicatur res, per quam aliqua conditio orta est: „Das Hervorgehen der Wirkung aus der Ursache:“ mons *vastus ab* natura et humano cultu Iug. $48,_3$. nisi qua [*a*] paludibus *invia* fuit fr. I. 8. nam omnis *a* natura velut opere atque consulto *praeceps* Iug. $92,_5$. infrequentem stationem nostram *incuriosamque* tum *ab* armis fr. IV. 65. Cum praepositione conjunctum est *invictus:* vos autem, hoc est populus Romanus, *invicti ab hostibus*, imperatores omnium gentium, satis habebatis animam retinere Iug. $31,_{20}$. „unbesiegt von Seiten der Feinde“. Ut dicitur *tutum esse ab aliqua re,* legimus Cat. $32,_1$. et *ab incendio* intellegebat urbem vigiliis *munitam.*

Regio alicujus rei vel latus, quo quid fit vel spectatur significatur praepositione a in notis illis dicendi formulis:

ab dextra: Cat. $59,_2$. fr. II. 61.

a sinistra ac dextra Iug. $50,_4$.

ab latere: Iug. $14,_{10}$. $101,_8$.

ab tergo aut *lateribus*: Iug. $50,_6$.
ab tergo: Iug. $58._4$. $94,_5$. $97,_5$. $101,_3$. fr. Inc. 64.
ab occidente: Iug. $17,_4$. *ab ortu solis* Iug. $17,_4$.
a meridie: Iug. $48,_3$.
ab ea parte: Iug. $93,_6$. $94,_3$.
alius ab alia parte: Iug. $101,_2$.
ab omnibus partibus: Iug. $97,_5$.

Exitum loci, quem aliqua res capit, significat *a* Cat. $36,_4$. cui cum ad occasum *ab ortu solis* omnia domita armis parerent. fr. II. 68. murum *ab angulo* dextri lateris ad paludem haud procul remotam duxit. Quasi adverbii loco ponitur *ab stirpe* Cat. $10,_1$. Carthago, aemula imperi Romani, ab stirpe interiit.

Cum verbo *obstare* conjuncta indicat praepositio *a* rem ex adverso positam, veluti Cat. $58,_6$. exercitus hostium duo, unus *ab urbe,* alter *a Gallia* obstant.

Verba *metuere, timere* secum habent praepositionem *a* propterea, quod id, quod timetur ab alicujus parte existere putatur cf. Iug. $76,_6$. quasi victi *ab hostibus* poenas metuerant. Iug. $88,_5$. ne quid *ab se* hostile timeret. fr. I. 9. metus *a Tarquinio* et bellum grave cum Etruria positum est.

Pars vel regio his locis significatur: deberi mihi beneficia *a populo Romano* Iug. $14,_3$. ita illi *a vobis* pacem, vobis *ab illo* bellum suadet Or. Phil. 18. legati *a Boccho veniunt* Iug. $102,_2$.

A. positum est pro *ex* Cat. $59,_3$. *ab* iis centuriones omnes lectos et evocatos, praeterea *ex* gregariis militibus optimum quemque armatum in primam aciem subducit. Iug. $95,_1$. quos uti *ex* Latio et *a* sociis cogeret. fr. I. 67. formas *a* fluctibus Oceani accitas. Or. Lep. 5. quae cuncta scaevus iste Romulus quasi *ab externis* rapta tenet.

Ordinem, quo quid alterum excipit *a* praepositio indicat Iug. $63,_5$. *ab eo magistratu* alium post alium sibi peperit.

Tempus exprimitur Iug. $14,_2$. jam *ab stirpe* socium atque amicum populi Romani. Cat. $5,_2$. huic *ab adolescentia* bella intestina, caedes ... grata fuere cf. Cat. $31,_7$. Iug. $22,_2$. fr. Inc. 83. *a prima adolescentia* in ore vestro privatus . . . egi Or.

Cott. 4. cf. Ep. Pomp. 1. fr. III. 7. ita ad hoc aetatis *a pueritia* fui Iug. $85,_{7}$. cf. $100,_{5}$. fr. II. 67. nam *a principio* consulatus sui ... effecerat Cat. $26,_{3}$. cf. Iug. $29,_{2}$. $77,_{2}$. $102,_{6\cdot 8}$. Or. Phil. 6. Ep. Mithr. 17. fr. I. 9.

Interdum nomina ex aliqua re aut ex alicujus rei ratione capiuntur et res ipsa exprimitur ablativo, qui pendet ex praepositione *a*. cf. Iug. $78,_{3}$. Syrtes *ab tractu* nominatae. fr. IV. 24. dictum *a gubernatore* Hannibalis illic sepulto. Praepositio *ex* eadem significans legitur Iug. $78,_{1}$. quibus nomen *ex re* inditum. fr. II. 2. *ex suo vocabulo* insulae nomen.

Praeterea exstat praepositio *a* conjuncta cum his verbis:

accipere: a legatis Cat. $46,_{6}$. ab illis Iug. $31,_{17}$. ab eo Iug. $40,_{1}$.

adipisci: ab imperatore Iug. $77,_{4}$.

arcessere: ab sociis et nomine Latino auxilia Iug. $39,_{2}$. a populis et regibus sociisque Iug. $84,_{2}$.

emere: ab Hispanis Iug. $18,_{5}$.

exspectare: ab illis nisi dolum Ep. Mithr. 19.

parere: gratiam ab eo Or. Phil. 5.

pacisci: tantum ab eo vitam Iug. $26,_{1}$.

pangere: sestertium tricies a C. Pisone fr. IV. 36.

petere: ab senatu Cat. $34,_{1}$. cf. $44,_{5}$. Iug. $14,_{3\cdot 6}$. $15,_{1}$, $35,_{2}$. $63,_{4}$. $64,_{2}$. $85,_{1}$. $102,_{2}$. $103,_{7}$. $105,_{1}$. $107,_{1}$.

postulare: a patribus Cat. $31,_{7}$. cf. $44,_{1}$.

quarere: ab eo Iug. $109,_{2}$.

repetere: a vobis Iug. $85,_{37}$. ab nullo $96,_{2}$.

rogare. ab Metello Iug. $64,_{1}$.

sumere: tela ab Samnitibus ... ab Tuscis pleraque Cat. $51,_{38}$.

Cum.

Praepositionem cum fere omnibus locis comitatum, conjunctionem, societatem et rerum et personarum significare omnibus notum est. Exempla affero: Cat. $6,_{1}$. $9,_{2}$. $12,_{2}$. $15,_{1}$. $18,_{5}$. $20,_{1}$. $21,_{3}$. $23,_{3}$. $28,_{1}$. $30,_{1}$. $33,_{5}$. $43,_{1\cdot 2}$. $44,_{4}$. $51,_{43}$. $52,_{24\cdot 35}$. $56,_{5}$. $57,_{2}$. $59,_{3}$. $60,_{4\cdot 7}$. Iug. $9,_{4}$. $14,_{5,15,23}$. $17,_{1}$. $18,_{7}$.

20,$_{3\cdot7}$. 28,$_{1}$. 29,$_{3\cdot5\cdot6}$. 35,$_{2}$. 38,$_{9}$. 39,$_{4}$. 40,$_{1\cdot7}$. 42,$_{1}$. 43,$_{2}$. 44,$_{5}$. 46,$_{7}$. 48,$_{1}$. 49,$_{1\cdot4}$. 51,$_{5}$. 54,$_{2}$. 55,$_{4}$. 56,$_{2\cdot3}$. 59,$_{3}$. 61,$_{4\cdot5}$. 64,$_{4}$. 68,$_{2}$. 74,$_{2}$. 81,$_{1}$. 83,$_{1}$. 85,$_{13\cdot47}$. 91,$_{3\cdot4}$. 93,$_{8}$. 98,$_{1\cdot4}$. 100,$_{2\cdot4}$. 101,$_{6}$. 102,$_{2\cdot5}$. 104,$_{1}$. 105,$_{3}$. 108,$_{1\cdot2}$. 112,$_{3}$. Or. Phil. 7. 22. Or. Cott. 2. 4. 5. Ep. Pomp. 2. 6. 10. Or. Macr. 18. Ep. Mithr. 2. 5. 14. fr. I. 16. 45. 54. 69. fr. II. 16. 28. fr. III. 36. fr. IV. 11.

Etiam in adjectivis *communis par* et adverbiis *pariter juxta una* quasi notio conjunctionis est. Quare conjunguntur cum praepositione *cum:* alterum nobis *cum deis,* alterum *cum beluis commune* est Cat. 1,$_{2}$. quem tu *parem cum* liberis ... fecisti Iug. 14,$_{9}$. *pariter cum filiis* heredem instituit Iug 9,$_{3}$. *juxta mecum* omnes intelligitis Cat. 58,$_{5}$. *cum illa simul* ... rursus mihi patriam ... dedistis Or. Cott. 4. *vobiscum una* consul agam Cat. 20,$_{17}$. nostra an *nobiscum una* hostium futura sint Cat. 52,$_{10}$. avus meus *una* vobiscum expulere Sufacem Iug. 14,$_{8}$.

Ad tempus relatum significat, duas res eodem tempore factas esse: fortuna *simul cum* moribus immutatur Cat. 2,$_{5}$. *simul cum* occasu solis egrederentur Iug. 91,$_{2}$. quam nemo bonus nisi *cum anima simul* amisit Cat. 33,$_{5}$. cf. Iug. 14,$_{23}$. ita facies locorum *cum ventis simul* mutatur Iug. 78,$_{3}$. *pariter cum occasu* solis expeditos educit Iug. 68,$_{2}$. *pariter cum capta Thala* legati ... venerant Iug. 77,$_{1}$. *pariter cum ortu* solis castra metabatur Iug10 6,$_{5}$.

Verba eundi, mittendi, proficiscendi, persequendi, veniendi multis locis conjuncta sunt cum hac praepositione. Haec habeo exempla:

accedere: cum magno exercitu Cat. 32,$_{2}$. cum equitatu Iug. 20,$_{3}$. cum magna multitudine 97,$_{2}$. cum plerisque necessariis suis 113,$_{6}$.

adventare: cum exercitu Cat. 56,$_{4}$.

circumire: cum legatis Iug. 45,$_{2}$.

contendere: cum fascibus aliisque imperi insignibus Cat. 36,$_{1}$.

convertere: cum omni multitudine Iug. 20,$_{4}$. clam cum paucis Iug. 101,$_{6}$.

dimittere: sic locutus *cum litteris* eum ... dimisit Iug. 9,$_{1}$.

introducere: cum legatis Cat. $46,_{6}$.

ire: tanta libido cum Mario eundi Iug. $84,_{4}$. cum cohortibus expeditis Iug. $90,_{2}$. cum Sulla Iug. $107,_{5}$. quibuscum fr. III. 8. cum duabus turmis Thracum et paucis gregariis militibus transiere Iug. $38,_{6}$.

invadere: cum magna manu Iug. $20,_{3}$. cum potentia avaritia sine modo modestiaque invadere Iug. $41,_{9}$. cum magna manu Iug. $58,_{1}$. cum peditibus Iug. $101,_{5}$.

mittere: cum exercitu Cat. $18,_{5}$. cum iis Cat. $44,_{3}$. cum Ligure Iug. $93,_{7}$. cum praesidio equitum atque funditorum Balearium Iug. $105,_{2}$. cum custodibus fr. II. 25. mittit *cum mandatis* hujusce modi Cat. $33,_{1}$. *cum auro* et *argento multo* Romam legatos mittit Iug. $13,_{6}$. legatos ad consulem *cum suppliciis* mittit Iug. $46,_{2}$.

pergere: cum delectis equitibus Iug. $56._{4}$. fr. III. 67.

persequi: cum exercitu Cat. $36,_{3}$.

praemittere: cum expeditis cohortibus et parte equitum Iug. $50,_{1}$.

procedere cum paucis amicis et quaestore nostro Iug. $113,_{5}$.

proficisci: cum paucis Cat. $32,_{1}$. cf. Iug. $80,_{1}$. secum Iug. $84,_{2}$. cum his Iug. $86._{1}$. cum aliquanto majore numero Iug. $86,_{4}$. cum expeditis cohortibus et parte equitatus Iug. $103,_{1}$. cum C. Q. Rusone Iug $104,_{3}$. cum omni exercitu fr. II. 33. cum paucis fidis fr. III. 11.

profugere: cum paucis equitibus Iug. $21,_{2}$. cum liberis et magna parte pecuniae Iug. $76,_{1}$. secum Iug. $106,_{2}$.

sequi: cum delectis equitibus Iug. $54,_{9}$. cum paucis Or. Phil. 6.

reverti: cum exercitu Iug. $58,_{7}$.

tendere: cum tribus legionibus fr. V. 11.

venire: cum Catilina Cat. $43,_{1}$. cum Volturcio Cat. $45,_{3}$. cum custodibus Cat. $46,_{5}$. cum magna manu Iug. $12,_{3}$. cum paucis equitibus Iug. $25._{10}$. cum Cassio Iug. $33,_{1}$. cum magno equitatu Iug. $95,_{1}$. cum equitatu $96,_{1}$. cum perfugis et parte equitatus ... pervenit Iug. $75,_{1}$.

Armaturam, qua quis instructus est significat *cum* Iug. $105,_2$. praeterea iere sagittarii et cohors Paeligna *cum velitaribus armis*, itineris properandi causa; *vestimentum* Cat. $27,_2$. ipse *cum telo* esse. cf. Cat. $49,_4$. ut grege facto *cum telis* ad sese irrumperent Cat. $50,_2$.

Interdum ponitur *cum* in designando eo, quod vas aliquod continet cf. Cat. $46,_6$. Flaccum praetorem *scrinium cum litteris*, quas a legatis acceperat, eodem afferre jubet.

Formulam „cum imperio esse" imitatus est Sallustius Iug. $50,_2$. ipse *cum* sinistrae alae *equitibus* esse. *curare cum* legitur Iug. $46,_7$. cum equitibus curabat. Iug. $100,_2$. Sulla cum equitatu apud dextimos, in sinistra parte A. Manlius cum funditoribus et sagittariis, praeterea cohortis Ligurum curabat.

Operosa cogitatio et reputatio quasi commercium est, quo quis cum animo suo ipse consulit et reputando agit. Itaque praepositionem *cum* conjunctam legimus cum verbis:

reputare: sententias nonnullorum ipse *mecum* reputo Cat. $52,_2$. in otio facinns suum *cum animo* reputans Iug. $13,_5$. reputaret *cum animo suo* Iug. $70,_5$. reputate *cum animis* vestris Iug. $85,_{10}$.

volvere: multa ipse *secum* volvens Cat. $32,_1$. cf. Iug. $113,_1$. multa *cum animo suo* volvebat Iug. $6,_2$. multumque *cum animo* suo volvere solitum $108,_3$.

agitare: *secum* ipse multum agitavisse Iug. $113,_3$.

trahere: anxius trahere *cum animo suo* Iug. $93,_1$.

habere: atque ea modo *cum animo* habere, quibus Hiempsal per dolum caperetur Iug. $11,_8$.

Actionem communem spectamus in verbis, quae significant aminum infestum vel inimicum. Haec regunt praepositionem:

inimicitias exercere: cum illo graves inimicitias exercebant Cat. $49,_2$.

bellum gerere: cum rege Perse Cat. $51,_5$. cum opulentis regibus Cat. $53,_3$. cum Iugurtha Iug. $5,_1$. $73,_7$. $85,_{10}$, $110,_7$.

bellum sumere: cum rege Macedonum Philippo bellum sumpsere Ep. Mithr. 5.

bellum ponere bellum grave cum Etruria fr. I. 9.

certare: cum divite ... cum factioso ... cum strenuo ... cum modesto ... cum innocente Cat. $54,_5$. cum aequalibus Iug. $6,_1$. cum Gallis Iug. $114,_2$. cum alacribus ... cum velocibus ... cum validis fr. II. 11.

certamen fore: cum iis Iug. $49,_2$. cum hostibus $54,_5$.

confligere: cum Antonio quam primum Cat. $57,_5$.

contendere: cum magnis legionibus hostium Cat. $53,_3$. cum majoribus suis Iug. $4,_7$.

manum conserere: ne pauciores cum pluribus aut rudes cum bello melioribus manum consererent Iug. $49,_2$.

Praepositionem „cum", quae res quasi comitatur, adhiberi ad significandum modum et rationem, jam supra dixi. Confer locos: Iug. $14,_{15}$. $65,_3$. $85,_3$. $92,_8$. Or. Lep. 9. 25. Or. Phil. 7. fr. II. 23. fr. II. 40.

De.

Nusquam apud Sallustium invenitur praepositio de, quae indicat motum, quo aliqua res secedit et ad alium locum procedit. Nam optimi codices exhibent Cat. $61,_8$. qui e castris visundi aut spoliandi gratia processerant, non *de* castris. Fere omnibus locis *de* vertendum est „in Betreff" et conjungitur cum his verbis:

abnuere: de ullo negotio abnuere audebat Iug. $84,_3$.

absolvere: de Catilinae conjuratione ... absolvam Cat. $4,_3$.

accipere: de bello eorum Iug. $21,_4$. de ambobus Iug. $73,_3$. de re publica ... paucis accipe Iug. $110,_6$.

admonere: de moribus civitatis tempus admonuit Cat. $5,_9$.

agere: non agitur de vectigalibus neque de sociorum injuriis Cat. $52,_6$. de omnibus pactionibus praesens agere Iug. $29,_3$.

agitare. de facto consulis Iug. $30,_1$.

audire: de proelio facto et oppugnatione Cirtae audiebantur Iug. $22,_1$.

certare: de virtute Cat. $9,_2$. certatum utrimque de dominatione Or. Macr. 11.

cognoscere: de casu Bomilcaris et indicio patefacto Iug.

gurthini signo dato castra hostium invadunt Iug. $21,_2$. *sollicitata plebe* et *aliis* novarum rerum *avidis* ... condidere Iug. $19,_1$. pauca *praesenti consilio* locutus Iug. $29,_5$. *cupientissima plebe* consul factus Iug. $84,_1$. multis locis potitus, ac plerisque *incruento exercitu,* aliam rem aggreditur Iug. $92,_4$. arma ornatumque mutaverant *capite* atque *pedibus nudis* Iug. $94,_1$. interim *omnibus, Romanis hostibusque,* proelio *intentis,* magna utrimque vi pro gloria atque imperis *his, illis* pro salute *certantibus,* repente a tergo signa canere Iug. $94,_5$. *defessis* jam *hostibus* et paulo ante somno *captis* de improviso vigiles ... signa canere Iug. $99,_1$. pariter ac *saevissimo imperio* lene atque decore gesta Iug. $100,_5$. consules fecistis ... domi bellique *impedissima re publica* Or. Cott. 6. *Sulla mortuo* ... finem mali credebatis Or. Macr. 9. Bithyniam *Nicomede mortuo* diripuere Ep. Mithr. 9. *restituto* deinde apud Caberam *exercitu* et *variis* inter me atque Lucullum *proeliis* inopia rursus ambos incessit Ep. Mithr. 15. *ceteris expertibus* soli in imperio agere fr. I. 9. cujus *advorsa voluntate* conloquio militibus permisso corruptio facta fr. I. 57. *avidis* atque ita *promptis ducibus* fr. II. 19.

Participii loco adhibentur substantiva:

dux: qui Aenea *duce* profugi sedibus incertis vagabantur Cat. $6,_1$.

consul: L. Caesare G. Figulo consulibus Cat. $17,_1$. cf. $18,_2$. $38,_1$. Or. Macr. 10. fr. I. 1. 8.

quibus *juvantibus quibusque ministris* ea egerit Iug. $33,_4$. *quis adjutoribus* regem aggressus impellit Iug. $80,_3$. *maximis ducibus strenuisque ministris* fr. Inc. 102.

Particulae *ut* vel *sicuti,* confer *Caes.* bell. gall. $3,_{18,8}$. laeti ut explorata victoria. bell. civil. $2,_{13,2}$. ut re confecta omnes curam et diligentiam remittunt etc. cf. Fischer § 47 apud Sallustium non inveniuntur, legitur *quasi* uno loco Iug. $100,_3$. consul *quasi nullo imposito* omnia providere.

Neque Sallustius neque Caesar utitur ablativo *nubilo, sereno* omisso substantivo, qui legitur apud Livium $31,_{12}$. $23,_7$. cf. Fischer § 47. *audito* exstat fr. V. 11. *comperto* fr. V. 10.

Nullo loco ablativi praedicati conjunguntur cum ablativis

absolutis veluti apud Caesarem bell. gall. $2,_{13},_{1}$. Caesar *obsidibus acceptis primis* civitatis atque ipsius Galbae regis *duobus filiis* ... in deditionem Suessiones accepit. cf. $7,_{46}$. bell. civil. $3,_{31}$. Fischer § 47. Gravitatem vel difficultatem interpretandi, quae fieri potest, ubi complures ablativi sequuntur, fugit Sallustius. *Quattuor* ablativi leguntur Iug. $92,_{5}$. uno perangusto aditu relicto. $98,_{5}$. utroque collo multitudine circumdato fr. III. 26. redundantibus cloacis adverso aestu maris; *quinque* Cat. $46,_{2}$. in maximo scelere tantis civibus deprehensis Iug. $94,_{5}$. interim omnibus Romanis hostibusque proelio intentis Ep. Mithr. 16. regno integro meis militibus belli prudentibus fr. Inc. 102. maximis ducibus fortibus strenuisque ministris, quod Diomedes p. 447 exemplum homoeoptoti attulit. *Septem* ablativi exstant apud Caesarem bell. gall. $4,_{4},_{4}$. omni hoc itinere una nocte equitatu confecto.

Unum tantum locum inveni, quo vox aliqua enuntiati referenda est ad ablativum absolutum Cat. $48,_{7}$. quo facilius appellato Crasso per societatem periculi reliquos illius potentia tegeret. De Caesare, qui hanc structuram multis locis adhibet, confer Fischer § 47. Satis habeo unum exemplum afferre bell. gall. $6,_{43},_{1}$. Caesar rursus ad vexandos hostes profectus magno coacto numero ex finitimis civitatibus in omnes partes dimittit.

Duobus locis, in quibus enuntiatum relativum sequitur ablativum absolutum, omissum est subjectum ablativi; subaudiendum est *iis.* Iug. $58,_{1}$. *remissis,* qui in praesidio erant et omnia magis quam proelium exspectantibus. Iug. $106,_{3}$. mansurum potius quam *proditis,* quos ducebat, turpi fuga incertae ... vitae parceret; exstat Iug. $101,_{8}$. cum Sulla *profligatis iis,* quos adversum ierat, rediens ab latere Mauris incurrit.

Plerumque conjunguntur duo ablativi absoluti conjunctione *et* cf. Ep. Mithr. 15. Iug. $5,_{4}$. $35,_{1}$. fr. I. 74. III. 31. omissa est Iug. $99,_{3}$. nullo subveniente nostris instantibus. Ep. Mithr. 13. abnuente Tigrane, qui mea dicta sero probat, te remoto procul, omnibus aliis obnoxiis. 16. Tigranis regno integro, meis militibus belli prudentibus. cf. Caes. bell. gall. $1,_{24}._{5}$. ipsi confertissima acie rejecto nostro equitatu phalange facta ... suc-

cesserunt cf. Fischer § 47. p. 5. De verborum collocatione in ablativis absolutis nihil est, quod sit memoratu dignum. Subjectum enuntiati interpositum est inter genitivum conjunctum cum ablativo absoluto et ablativum ipsum fr. I. 18. quorum Iugurtha accepta oratione respondit cf. de Caesare Fischer § 47, pag. 5 ff. *quisque* interpositum est Iug. $18,_{3}$. *multis sibi quisque* imperium *petentibus*. Multis locis casus, praepositiones, adverbia, enuntiationes relativae et parentheticae subjunctae sunt ablativis absolutis, quae rem aliquam accuratius definiant. Adscripsi haec exempla: Cat. $20,_{1}$. $43,_{1}$. $45,_{1}$. $48,_{8}$. $50,_{1}$. $59,_{1}$. Iug. $5,_{6}$. $14,_{11}$. $18,_{3}$. $19,_{1}$. $21,_{2}$. $22,_{2}$. 25_{11}. $29,_{2}$. $36,_{4}$. $40,_{4}$. $51,_{3}$. $56,_{2\cdot3}$. $60,_{6}$. $62,_{9}$. $66,_{2}$. $73,_{3}$. $84,_{5}$. $86,_{1}$. $91,_{2}$. $94,_{5}$. $99,_{1}$, $102,_{13}$. $103,_{1}$. $104,_{1}$. Ep. Mithr. 13. 14. 15. fr. I. 8. 10. 54. 74. II. 19. 23, 45. 55. III. 1. 24. 31. 67. IV. 6. 15. 41. fr. Inc. 3. 20. 28. 41. 99. 101. 115.

Nusquam participium ablativi absoluti intercedit inter adjectivum et substantivum, praecedit Cat $33,_{8}$. $43,_{1}$. Iug. $6,_{2}$. $14,_{2}$. $32,_{1\cdot5}$. $70,_{5}$. $87,_{1}$. $101,_{6}$. Ep. Mithr. 8. fr. I. 10. II. 16. plerumque postponitur cf. Cat. 18, 6. $20,_{1}$. $26,_{1}$. $45,_{1}$. $46,_{1\cdot2}$. $60,_{1}$. Iug. $14,_{1}$. $20,_{7}$. $25,_{1\cdot11}$. $43,_{5}$. $62,_{9}$. $72,_{1}$. $81,_{2}$. $90,_{2}$, $91,_{2}$. $92,_{5}$. $93,_{1}$. $94,_{5}$. $98,_{6}$. $101,_{2}$. $105,_{1}$. Ep. Mithr. 4. fr. I. 8. 65. 84. II. 45.

Participium futuri activi vel passivi apud Sallustium et Caesarem non invenitur. Legitur apud Livium $4,_{18},_{6}$. nec Etruscis, nisi cogerentur, pugnam inituris. $36,_{41},_{1}$. $41,_{19},_{10}$ etc.

Restat, ut afferam ablativos *supini*:

Vide haec exempla:

actu: promptus fr. Inc. 31.

defensu: faciles fr. III. 32.

factu: facillimum Cat. $14,_{1}$. optimum: Cat. 55_{1}. $57,_{5}$. Iug. $107,_{5}$. facilia Cat. $3,_{2}$.

memoratu: incredibile Cat. $6,_{2}$. $7,_{3}$. Iug. $40,_{3}$.

visu · facilia Iug. $98,_{7}$. facillimum Iug. $113,_{5}$.

De praepositionibus, quae regunt Ablativum.

De praepositione *a* jam supra diximus, ubi egimus de ablativo vero vel proprio. Addenda sunt haec: *abs* nullo loco invenitur, *ab* nusquam legitur ante *b. f. g. qu. v.;* ante *c* Sallustius plerumque ponit a; *ab* exstat quattuor locis Cat. $48,_9$. ab Cicerone, Iug. $82,_1$. ab Cirta. $91,_3$. ab Capsa. $104,_2$. ab consule. Ante *d. l. r. s. t.* invenitur et a et ab, quod legimus ante *m* duobus locis Iug. $22,_2$. ab Micipsa. $64,_1$. ab Metello. *n* plerumque praecedit *ab,* nam *a* non invenitur nisi Ep. Mithr. 16. a nobis. Ante *p* ponitur a. *ab* habemus Iug. $50,_6$. ab persequendo. Iug. $76,_5$. ab perfugis. Praeterea legimus *ab* ante *z.* ab Zama discedit Iug. $61,_1$.

Nonnullis locis praepositione *a* indicatur res, per quam aliqua conditio orta est: „Das Hervorgehen der Wirkung aus der Ursache:“ mons *vastus ab* natura et humano cultu Iug. $48,_3$. nisi qua [*a*] paludibus *invia* fuit fr. I. 8. nam omnis *a* natura velut opere atque consulto *praeceps* Iug. $92,_5$. infrequentem stationem nostram *incuriosamque* tum *ab* armis fr. IV. 65. Cum praepositione conjunctum est *invictus:* vos autem, hoc est populus Romanus, *invicti ab hostibus*, imperatores omnium gentium, satis habebatis animam retinere Iug. $31,_{20}$. „unbesiegt von Seiten der Feinde“. Ut dicitur *tutum esse ab aliqua re,* legimus Cat. $32,_1$. et *ab incendio* intellegebat urbem vigiliis *munitam.*

Regio alicujus rei vel latus, quo quid fit vel spectatur significatur praepositione a in notis illis dicendi formulis:

ab dextra: Cat. $59,_2$. fr. II. 61.

a sinistra ac dextra Iug. $50,_4$.

ab latere: Iug. $14,_{10}$. $101,_8$.

Ex conjunctum cum substantivis *iter* et *fuga,* quae exitum quasi significant, indicat locum ex quo aliquid agitur. Nos vertimus „auf dem Marsche, unterwegs, auf der Flucht". ex itinere plerisque consularibus . . . litteras mittit Cat. $34,_2$. retractum ex itinere parens necari jussit Cat. $39,_5$. cf. $48,_3$. cognoscit Marium ex itinere frumentatum cum paucis ... missum Iug. $56,_3$. ex fuga retractus erat Cat. $47,_4$. nemo omnium Numida ex fuga regem sequitur Iug. $54,_4$.

Pro genitivo subjectivo vel objectivo praepositio *ex* posita est his locis: iners inbellis, neque periculi neque laboris patiens, lingua quam manu promptior, *praedator ex sociis* et ispe praeda hostium Iug. $44,_1$. excubitum in portas *cohortis ex legionibus,* pro castris *equites ex auxiliariis* mittere Iug. $100,_4$. spem bonam ex vobis Or. Mac. 4.

Causa, origo et fons ex quo prodire aliquid dicitur, indicatur multis locis hac praepositione. igitur ex divitiis juventutem luxuria atque avaritia ... invasere Cat. $12,_2$. nam ut cujusque studium ex aetate flagrabat $14,_6$. sed ex aliis rebus magis quam quod cuiquam id compertum foret haec fama valebat $14,_7$. satisfactionem ex nulla conscientia proponere $35,_2$. plerique Crasso ex negotiis privatis obnoxii $48,_5$. Catulus ex petitione pontificatus odio incensus $49,_2$. ex difficultate rerum eadem illa existimans $57,_2$. commodum ex otio meo quam ex aliorum negotiis venturum Iug. $4,_4$. cui postea Africano cognomen ex virtute fuit Iug. $5,_4$. quorum alterum ex providentia timorem, alterum ex audacia temeritatem afferre plerumque solet $7,_5$. pax .. ex qua ad Iugurtham scelerum impunitas ... pervenerint Iug. $31,_{19}$. ex conscientia diffidenti. $32,_5$. magis ex aequo bonoque quam ex jure gentium ... fit reus $35,_7$. ex delicto fratris invidiam ... timens $39,_2$. quaestio exercita aspere violenterque ex rumore et libidine plebis $40,_5$. ex secundis rebus insolentia ceperat $40,_5$. plus ex malis moribus sollicitudinis quam ex copia militum auxilii aut spei bonae accedebat $44,_2$. in spem victoriae adductus ex opportunitate loci $48,_2$. veritus ex anni tempore et inopia aquae $50,_1$. magnificum ex Auli socordia $55,_1$. ex mala conscientia digna timere $62,_8$.

ex quo illi gloria opesque inventae Iug. $70,_{2}$. talia consilia per otium et ex opportunitate capi $76,_{1}$. sese consulatum ex victis illis spolia cepisse $84,_{1}$. quibus uti mihi ex virtute nobilitas coepit $85,_{17}$. quod ex aliena virtute sibi arrogant, id mihi ex mea non concedunt $85,_{25}$. omnis honores non ex merito sed quasi debitos ... repetit $85,_{37}$. neque quemquam ex calamitate aliorum aut imperatorum superbia metus ceperit $85,_{47}$. gloriam ex culpa invenit Iug. $94,_{7}$. quoniam ex rapinis consulatum ... adeptus est Or. Phil. 4. ex qua omnes discordiae accensae Or. Phil. 14. cetera ex licentia aut odio aut avaritia in tempus arsere Or. Macr. 12. frumentique ex inopia gravi satias facta fr. II. 29. terror hostibus ex fiducia sui incessit fr. II. 60. ex insolentia avidus male faciundi fr. Inc. 77.

Praeterea: at objectat mihi possessiones ex bonis proscriptorum Or. Lep. 18. neque pati cônsilium est ullam ex civibus praedam esse Or. Lep. 18. regna provincias occupavere et arcem habent ex spoliis vestris Or. Macr. 6. — senator ex proscriptis fr. III. 4. significat numerum ex quo quid sumptum est veluti Cat. $28,_{4}$. quibus libido et luxuria ex magnis rapinis nihil reliqui fecerant.

Mutationem pristini status et transitum ex aliquo in alium quemquam indicat praepositio *ex* conjuncta cum verbis *facere, vertere aliis.*

ex pulcherrima atque optima pessima atque flagitiosissima facta sit Cat. $5,_{9}$. imperium ex justissimo atque optimo crudele intolerandum factum $10,_{6}$. ex parvis opibus tantum imperium fecere $51,_{42}$. rem publicam ex parva magnam fecisse $52,_{19}$. neque ex ignavo strenuum neque fortem ex timido exercitum ... fieri $58,_{1}$. ex amicis amicissimos fecisti Iug. $10,_{2}$. ex necessariis adversa facta sunt $14,_{16}$. effice e contempto metuendum Or. Phil. 3. ex rege miserrimum servorum efficere Ep. Mithr. 8. quam gravis casus in servitium ex regno foret Iug. $62,_{9}$. cum plerosque secundae res in miserationem ex ira vertunt Or. Lep. 5.

Status ex quo quis recreando ad alium progreditur, indi-

catur Cat. $4,_{4}$. igitur ubi animus ex multis miseriis atque periculis requievit.

Ex significat *originem*: patricius ex clarissima gente Corneliorum Cat. $55,_{6}$. nam is civis ex Latio erat Iug. $69,_{4}$. Massugradae filius ex gente Massinissae Iug. $108,_{1}$. pater ejus ex concubina ortus erat Iug. $108,_{1}$. invidia ex opulentia orta est Cat. $6,_{3}$. neve ex sua contentione seditio oriretur Cat. $34,_{2}$. omnia mala exempla ex bonis rebus orta sunt Cat. $51,_{27}$. ex quibus .. ne qua seditio aut bellum oriretur anxius erat Iug. $6,_{3}$. ne qua ex eo negotio seditio oriretur Iug. $72,_{1}$. quoniam ex stirpe Massinissae sit Iug. $35,_{2}$.

Verbum *gignere* legimus Iug. $5,_{7}$. is Adherbalem et Hiempsalem ex sese genuit. Iug. $85,_{16}$. mene an illos ex se gigni maluerint.

Materies ex qua aliquid factum vel compositum est praepositione *ex* his locis exprimitur: genus hominum compositum ex corpore et anima Iug. $2,_{1}$. compositus ex variis gentibus Iug. $18,_{3}$. et ex coriis utres fierent curabant Iug. $91,_{1}$. scuta ea Numidica ex coriis Iug. $94,_{1}$. ne ex latere nova munimenta madore infirmarentur fr. III, 26. soliti nectere ex viminibus vasa agrestia fr. IV, 1.

Ex additur nominibus totius rei ex qua aliqua pars sumitur et idem significat quod genitivus. Notissima verba hujus constructionis sunt *deligere, eximere, sumere.* Vide haec exempla: ex illis testes signatoresque falsos commodare Cat. $16,_{2}$. praeterea ex equestri ordine M. Fulvius $17,_{4}$. ex suo numero legatos ad M. Regem mittit $33,_{1}$. Catilina ex omni copia ... duas legiones instituit $56,_{1}$. ex iis magistratus et imperia ... capienda videntur. Iug. $3,_{1}$. ex aliis negotiis .. inprimis magno usui est memoria rerum gestarum $4,_{1}$. ceterum ex omnibus maxime tutos esse $14,_{12}$. ex omnibus maxime Aemilius Scaurus $15,_{4}$. ex eo numero Medi Persae $18,_{4}$. ex his .. duos maxime impigros delegit $23,_{2}$. ex amicis quinquaginta vades dederant $35,_{9}$. ex eo numero cohors una $38,_{6}$. ubi primum ex nobilitate reperti sunt $41,_{10}$. quod genus ex copiis regis ... firmissimum erat $56,_{2}$. ex omni multitudine non amplius

quadraginta $58,_3$. ex cohortibus auxiliariis miles gregarius $93,_2$. promissa ejus cognitum ex praesentibus misit $93,_7$. ex copia tibicinum et cornicinum numero quinque delegit $93,_8$. quam ex fortissimis magis quam ex familiarissimis paraverat $98,_1$. nisi forte C. Cotta, ex factione media consul Or. Macr. 8. ex omni copia necessariorum quinque delegit Iug. $103,_2$. nanctus idoneum ex captivis ducem fr. III. 67 (VI) ex parte cohortium . . . locatae fr. Inc. 43. Adjectiva vel pronomina adscripsi haec:

aliquem: ex populo Iug. $85,_{10}$. ex omnibus aliquos a tergo venturos Iug. $101,_3$.

quem: ex illo globo nobilitatis Iug. $85,_{10}$.

alius: ex gregariis militibus Cat. $37,_6$. ex conjuratione Cat. $48,_4$.

complures ex eo numero Cat. $42,_2$.

maxima pars ex nobilitate Cat. $43,_2$.

minimus: ex illis Iug. $11,_3$.

medius ex tribus Iug. $11,_3$.

multi ex coloniis Cat. $17,_4$. ex Romanis Iug. $7,_7$.

nonnulli ex Sullanis colonis Cat. $28,_4$.

optimum quemque ex gregariis militibus Cat. $59,_3$.

pars quarta ex omni copia Cat. $56,_3$.

pauci ex amicis Cat. $6,_4$. ex clientibus Cat. $50,_1$.

plerique ex Punicis Iug. $19,_7$. ex factione Iug. $29,_2$.

quisquam: ex tanta multitudine Cat. $36,_5$. ex omni copia Cat. $61,_5$.

singuli: ex senatu Iug. $13,_8$.

unus: ex tam multis Iug. $30,_4$. ex eo numero Iug. $35,_6$. ex omnibus Italicis Iug. $67,_3$. ex omnibus Iug. $69,_4$.

Ex locali significatione „pendere ex arbore“ manavit: cujus vitae necisque potestas ex opibus alienis pendet Iug. $14,_{23}$. spes opesque ejus ex patre suo penderent Iug. $107,_4$.

A verbis capiendi, accipiendi colligendi etc. usus praepositionis *ex* translatus est ad verba:

accipere: ex amicis apud Numantiam Iug. $20,_1$. ex nuntiis Iug. $46,_1$. ex parente meo et ex aliis sanctis viris Iug. $85,_{40}$. ex iis Iug. $104,_3$.

audire audire solitum ex Gabinio Cat. $47,_1$. ex Volturcio aut Allobrogibus Cat. $49,_4$.

cognoscere: ex eo quem ad te misi Cat. $44,_4$. ex perfugis Cat. $57,_3$. ex litteris Iug. $9,_3$. ex perfugis Iug. $73,_1$. ex nuntiis Iug. $94,_3$. ex multis Iug. $97,_4$. ex speculatoribus Iug. $106,_2$. ex Sulla Iug. $112,_1$.

noscere: ex quo praesente vera facillime noscerentur fr. III. 67 (I). manifesta magis ex illo habere Iug. $33,_4$.

quaerere: ex patribus Albini aut Bestiae Iug. $85,_{16}$.

Neque aliter

sperare: ex victoria talia sperabat Cat. $37,_6$.

metuere: alii ex partium invidia pericula metuentes Iug. $40,_2$. si periculum ex illis metuit Cat. $52,_{16}$.

Instrumentum vel adjumentum ex quo aliqua res sumitur intelligitur Cat. $35,_3$. non quia aes alienum meis nominibus *ex possessionibus solvere* non possem. Cat. $52,_{12}$. sint sane .. *liberales ex sociorum fortunis,* sint misericordes in furibus aerari.

Modum et legem aliquam vel conditionem ex qua interno quodam nexu aliqua res pendet, significat praepositio ex. Nos vertimus „gemäss": ea res cunctas *ex libidine* quam *ex vero* celebrat obscuratque Cat. $8,_1$. amicitias inimicitiasque non *ex re* sed *ex commodo* aestimare Cat. $10,_5$. se *ex voluntate* Antonio usurum Cat. $26,_1$. quae *ex voluntate* forent regi Iug. $46,_4$. *ex* Metelli *voluntate* bellum intactum trahi Iug. $83,_3$. *ex voluntate* Sullae omnia se facturum promittit Iug. $111,_3$.

ex senatus consulto: causa cognita in vincula conjecerat Cat. $42,_3$.

ex senati decreto nuntiari jubet Iug. $28,_3$.

ex consili decreto per legatos Iugurthae imperat Iug. $62,_5$.

ex Mamilii rogatione tres quaesitores rogarentur Iug. $40,_4$.

ex praecepto: Ciceronis per Gabinium ceteros conveniunt Cat. $44,_1$. ex praecepto regis hospitibus aliisque ... magna munera misere Iug. $13,_7$. ex praecepto tempus visum Iug. $94,_1$.

ex libidine: sua usa multos mortalis ferro aut fuga exstinxit Iug. $42,_4$. quod nisi ex libidine illius geri non posset Iug. $54,_5$. ex libidine leges imperantur Or. Phil. 17.

ex sententia: quae postquam ex sententia instruit Iug. 38,$_4$. id est: „ut fert voluntas“ „nach Wunsch“. ex sententia omnibus rebus paratis Iug. 43,$_5$. nam me quidem ex animi sententia nulla oratio laedere potest Iug. 85,$_{27}$. sanctus vir et ex sententia ambobus Iug. 109,$_4$. et ex illius sententia Numidae insidias tendit Iug. 113,$_4$.

ex copia rerum: statuit sibi nihil agitandum Iug. 39,$_5$. tamen ex copia quod optimum videbatur Iug. 54,$_9$. locis ex copia maxime idoneis vineas agere Iug. 76,$_3$. tum Marius ex copia rerum consilium trahit Iug. 98,$_3$. quod ex copia optimum videbatur fr. III. 67 (VI).

ex consuetudine: ratus opera aut ingenio suo opus esse Iug. 71,$_4$. bene facere jam ex consuetudine in naturam vortit Iug. 85,$_9$.

ex aliorum more: neque id tempus ex aliorum more quieti aut luxuriae concedit Iug. 61,$_3$.

ex ambitione mea: hiememque castris inter saevissimos hostes, non per oppida neque ex ambitione mea egi Ep. Pomp. 5.

ex tempore: cetera, uti res posceret, ex tempore parari placuit Iug. 70,$_3$.

ex composito: Sullam consulem .. ex composito tribunus plebei G. Herennius prohibuerat fr. II. 12.

cum *ex suo* quisque *terrore* quinquaginta aut amplius hostium millia ... contenderent fr. I. 67.

melius esse ratus cognitis Mauris, quoniam is novus hostis accessat, *ex commodo* pugnam facere Iug. 82,$_1$.

neque oppidum capi neque Iugurtham nisi *ex insidiis* aut suo loco pugnam facere Iug. 61,$_1$.

In adverbii quasi notionem transierunt:

ex improviso: Iugurtha ... regnum ejus sceleris sui praedam fecit Iug. 14,$_{11}$. si quid ex improviso mali accidisset Iug. 14,$_{16}$. fines ejus ... invadit Iug. 20,$_3$. pulveris vim magnam animadvertunt Iug. 53,$_1$. castra hostium ... invadit Iug. 58,$_1$.

ex occulto: Iugurtha ex occulto repente nostros invadit Iug. 59,$_2$.

Praepositione *ex* interdum finitum tempus significatur ex quo aliud quid esse incipit, vertimus *„nach“* *ex summa laetitia*

atque lascivia repente omnis tristitia invasit Cat. 31,$_3$. uti *ex maxima invidia* in gratiam ... veniret Iug. 13,$_7$. neque *ex tanta properantia* tam facile tractum bellum socordia magis quam dolo crederent Iug. 36,$_3$. biduum modo *ex perfidia* laetati Iug. 69,$_3$. neque *ex postrema fuga* ullis ad signa redeuntibus fr. III. 67 (1).

Spatium temporis intelligitur, cujus ab initio res usque ad aliud tempus permansit Iug. 11,$_8$. itaque *ex eo tempore* ira et metu anxius moliri. fr. I. 12. *ex quo tempore* majorum mores non paulatim, ut antea, sed torrentis modo praecipitati.

Alia res post aliam, quae quasi ex ea prodit et seriem quasi efficit indicatur Or. Phil. 7. ii *tumultum ex tumultu, bellum ex bello* serunt. Ep. Mithr. 20. audendo et fallendo et *bella ex bellis* serendo magni facti.

Et tempus et causam significat *ex* Iug. 52,$_6$. simulque ex Iugurthae proelio clamorem augeri; pro *de* praepositione positum est fr. II. 53. e muris canes sportis dimittebant; praepositionem *ab* exspectamus Iug. 102,$_8$. profecto *ex populo Romano,* id est a parte Romanorum, ad hoc tempus multo plura bona accepisses, quam mala perpessus es.

Post comparativum *propius* et *ab* et *ex* legitur uno enuntiato Or. Phil. 10. quod multo proprius est ab eo quo agitat statu quam ex pace et concordia ad arma civilia.

Post verba, quae composita sunt praepositione ex, haec raro iteratur. Adscripsi hos tantum locos:

egredi: ex senatu Cat. 49,$_4$.

eripere: ex servitute Cat. 48,$_1$. e periculo Cat. 48,$_4$. ex manibus Iug. 82,$_3$.

erumpere: ex Ponto fr. III. 41.

evocare: ex hibernis Iug. 37,$_3$.

Prae.

Praepositio prae duobus tantum locis apud Sallustium invenitur. Iug. 94,$_2$. significat locum in quo aliquis praecedit: singulos prae se inermis mittere. fr. II. 21. id indicatur, quod cum aliis comparatur et aliquo modo praestat: *incluti prae mortalibus* cf. Cic. ad fam. 4,$_{4 \cdot 6}$. prae nobis beatus.

Pro.

Praepositione *pro* significatur exterior pars loci alicujus, opponitur *intra:* quod ni Catilina maturasset *pro curia* signum sociis dare Cat. $18,_{8}$. *pro castris,* sicuti imperabatur, consistunt Iug. $53,_{1}$. *pro castris* agitare jubet Iug. $59,_{1}$. milites neque *pro opere* consistere Iug. $92,_{8}$. *pro muro* dies noctesque agitare Iug. $94,_{4}$. Uno loco conjunctum est *pro* cum verbo *mittere*: *pro castris* equites ex auxiliariis mittere Iug. $100,_{4}$. Intelligendum est, equites missos ante castra constitisse ibique aciem instruxisse cf. Caes. bell. gall. I. $48,_{3}$. ex eo die dies continuos quinque Caesar pro castris suas copias produxit et aciem instructam habuit.

In notis illis formulis *pro rostris, pro tribunali, pro suggestu* significat praepositio locum, nam is qui pro rostris dicebat, majorem partem a tergo habebat et in interiore parte versabatur. Ex hoc usu manavit: *pro concione* et *pro consilio.* Notio praepositionis *pro* accedit ad notionem praepositionis *in,* quod jam veteres grammatici Festus p. 229. Diomedes p. 408 docuerunt. Pro concione dicebatur de eo, qui in concione progressus orabat aut aliquem laudabat. Apud Sallustium legitur Iug. $8,_{2}$. donatum atque laudatum magnifice *pro concione* Iugurtham in praetorium abduxit. Iug. $29,_{6}$. uti *pro consilio* imperatum erat. Mirus exstat locus Iug. $67,_{1}$. ad hoc mulieres puerique *pro tectis* aedificiorum saxa et alia, quae locus praebebat mittere. *Pro tectis* est „vorn auf den Dächern", nam mulieres in prima tectorum parte sedebant ita, ut maximam partem eorum post se haberent et inde tela mittebant. cf. Liv. $21,_{7 \cdot 8}$. pro moenibus atque turri tela micare. Tacit. annal. $14,_{30 \cdot 1}$.

Pro de iis dicitur, quae praesidium aliquod praebent: audacia *pro muro* habetur Cat. $58,_{17}$. nos: „Kühnheit dient als Mauer, schützt". plerique caedem in vos fecisse *pro munimento* habent Iug. $31,_{13}$. Pro idem est ac *vice, loco,* dicitur non solum de hominibus, sed etiam de rebus et argumentis. Graeci ponunt *ἀντὶ* nos vertimus „an Stelle von, anstatt" alveos navium inversos *pro* tuguriis habuere „benutzten sie als Hütten"

Iug. $18,_5$. et eorum perfidia *pro* armis uti parat Iug. $61,_3$. *pro labore* desidia, *pro continentia* et *aequitate* libido atque superbia invasere Cat. $2,_5$. *pro pudore, pro abstinentia, pro virtute* audacia largitio avaritia vigebant Cat. $3,_3$. *pro his* superbiam ... deos negligere omnia venalia habere edocuit Cat. $10,_4$. incerta *pro certis,* bellum quam pacem malebant Cat. $17,_6$. incerta *pro certis* captarem Cat. $20,_2$. *pro incerta spe* certa praemia Cat. $41,_2$. *pro his* nos habemus luxuriam atque avaritiam publice egestatem privatim opulentiam Cat. $52,_{22}$. integros *pro* sauciis accersere Cat. $60,_4$. barbara lingua Mauros *pro Medis* adpellantes Iug. $18,_{10}$. neu nomina rerum ad ignaviam mutantes otium *pro servitio* appelletis Or. Macr. 13. *pro metu* repente gaudium exortum Iug. $53,_8$. incerta *pro certis* mutare Iug. $83,_1$. ita sperat illam pugnam *pro omine* belli futuram fr. Inc. 61. et eo magnitudinis procederent, ubi *pro mortalibus* gloria aeterni fierent Iug. $1,_5$. Notae sunt illae dicendi formulae quaestor *pro praetore* missus est Cat. $19,_1$. Aulo fratre in castris *pro praetore* relicto Iug. $36,_4$. quem *pro praetore* in castris relictum supra docuimus Iug. $37,_3$. *pro praetore* reliquerat Iug. $103,_4$. nunc est *pro consule* cum imperio Or. Phil. 7. cum Q. Catulo *pro consule* et ceteris Or. Phil. 22. Qu. Marcium Regem *pro consule* per Lycaoniam ... tendere fr. V. 11. neu quis miles neve *pro milite* fr. Inc. 49.

Pro significat id quod speciem alicujus rei induit, quod instar est alicujus rei. Saepe idem est quod *ut, tamquam:* nulla *pro socia* obtinet Iug. $80,_6$. quia non fugerant *pro victoribus* agere Iug. $98,_6$. eos ille non *pro vanis hostibus,* uti meriti erant, sed accurate et liberaliter habuit Iug. $103,_5$. plebes, quodcunque accidit *pro victis* est et in dies magis erit Or. Macr. 28. postremo sociis vestris veluti hostibus, hostibus *pro sociis* utuntur Iug. $31,_{23}$.

Usurpatur *pro* de gratia alicujus rei vel pretio, qua aliqua res expenditur: convicti judiciis aut *pro factis* judicium timentes Cat. $14,_3$. civitate *pro multis* et *egregiis factis* a vobis data Or. Lep. 12. *pro quibus beneficiis* vix satis gratus videar Or. Cott. 5. volentem *pro maximis beneficiis* animam dono dedisse

Or. Cott. 12. haec sunt praemia *pro volneribus* et totiens ob rem publicam *fuso sanguine* Ep. Pomp. 2. *pro quis,* o grati patres, egestatem et famem redditis Ep. Pomp. 6.

Cum verbis aestimandi, habendi, judicandi *pro* conjunctum est his locis: supra ea veluti ficta *pro falsis* ducit Cat. $3,_{2}$. Atheniensium facta *pro maximis* celebrantur Cat. $8,_{3}$. innocentia *pro malevolentia* duci coepit Cat. $12,_{1}$. *pro certo* creditur Cat. $15,_{2}$. falsum aliquid *pro vero* credi Cat. $51,_{36}$. *pro certo* habetote Cat. $52,_{17}$. jam *pro nihilo* habentur Iug. $31,_{25}$. imprudentiam Tigranis *pro victoria* ostentant Ep. Mithr. 15. quia praesentia defendebat *pro bono* ducebatur fr. I. 10.

Praeterea conjungitur *pro* cum verbis defendendi vel pugnandi et aliis, quae similem habent notionem et rem aliquam juvant aut promovent; opponitur id, quod contra est: Contra eos summa ope nitebatur pleraque nobilitas senatus specie *pro sua magnitudine* Cat. $38,_{2}$. bonum publicum simulantes *pro sua* quisque *potentia* certabant Cat. $38,_{3}$. nos *pro patria pro libertate pro vita* certamus Cat. $58,_{11}$. *pro patria* pro *liberis pro aris* atque *focis* suis certare Cat. $59,_{5}$. *pro gloria* atque *imperio* his, illis *pro salute* certantibus Iug. $94,_{5}$. id est ut gloriam et imperium sibi parent. cum Gallis *pro salute,* non *pro gloria* certari Iug. $114,_{2}$. pugnare *pro potentia* paucorum Cat. $58,_{11}$. denique omnibus modis *pro alieno scelere* et *flagitio,* sua quasi *pro gloria* nitebantur Iug. $15,_{2}$. vos *pro libertate* ... nonne summa ope nitemini? Iug. $31,_{17}$. dum *pro civibus suis, viris fortissimis* atque *miserrimis,* poenas caperent Iug. $68,_{3}$. maximas inimicitias *pro re publica* suscepi Or. Cott. 4. quam *pro vostra salute* finem vitae fecerim Or. Cott. 9. voveo dedoque me *pro re publica* Or. Cott. 10. statui certaminis adversa *pro libertate* potiora esse Or. Macr. 4. omnes alii creati *pro jure vestro* Or. Macr. 5. quae jussa nunc *pro aliis* toleratis, *pro vobis* agere aut non agere possitis Or. Macr. 15. tantum antiquitatis curaeque *pro Italica gente* majoribus fuit fr. I. 14.

Accedunt aliquot loci, in quibus praepositio insolentiore modo posita est: ad ea Bocchus placide et benigne, simul pauca *pro delicto suo* verba facit Iug. $102,_{12}$. Sensus nullam praebet

difficultatem: pauca verba facit, ut se defendat vel excuset delictum suum. — ad ea Sulla *pro se* breviter et modice, de pace et communibus rebus multis disseruit Iug. $111,_1$, id est Sulla de iis, quae ad se vel ad suam laudem pertinebant breviter et modice disseruit, de pace multis. — alia praeterea *magnifica pro se* et illis dolentia Iug. $84,_1$. dixit verba magnifica, quae se celebraverunt atque summis laudibus extulerunt, illos autem dolore affecerunt. — cum tamen barbari nihil remittere atque, uti reges praeceperant, noctem *pro se* rati acrius instare Iug. $98,_2$. quod rati sunt noctem sibi opportunissimam esse ad impetum faciendum eo acrius instabant barbari. — statuit urbes, quae viris aut loco *pro hostibus* et advorsum se opportunissimae erant, singulas circumvenire Iug. $88,_4$. Adjectivum *opportunissimae* et ad *pro* et ad *advorsum* pertinet, quod omnis opportunitas in contraria trahi potest, ita ut sensus sit: eas urbes singulas circumvenit, quae hostibus emolumento, sibi perniciei erant. Similis locus exstat Iug. $108,_4$. Iugurtham Romanis, an illi Sullam traderet: libidinem adversum nos, metum *pro* nobis suasisse; id est libido suasit Boccho, ut Sullam Jugurthae traderet, sed metus suasit, id quod nobis utilitati erat, ut Iugurtham Sullae traderet. — quae ille advorsum divina et humana omnia cepit, non *pro suo* aut quorum simulat *injuria,* sed legum ac libertatis subvortundae Or. Phil. 10. Difficilis est locus. Sensus est: Bella civilia movit contra jus humanum non ut suam vel quorum simulat injuriam vindicaret, sed ut leges et libertatem subverteret. — Ex verbo dolere pendet pro Iug. $39,_1$. pars dolere *pro gloria* imperi, pars insolita rerum bellicarum timere libertati. „man fürchtete für den Ruhm des Reiches, dass er verloren gehen könne“. — Aliquid fieri e ratione alicujus rei exprimitur praepositione *pro* Iug. $54,_1$. *pro victoria* satis jam pugnatum, reliquos labores *pro praeda* fore. Sensus est: satis pugnavimus, nam victoria jam reportata est, red reliqui labores suscipiendi sunt ad praedam faciendam. — *Pro* oppositum est *contra:* Iug. $64,_4$. quae res Marium cum *pro honore,* quem affectabat, tum *contra* Metellum vehementer accenderat. *pro honore*

accendere est: Marium inflammare, ut summa ope nitatur, ut illum honorem, quem affectat adipiscatur.

Pro multis locis significat, quae alterius rei ad alteram relatae ratio sit, rem aliquam cum aliqua convenire eique respondere. Nos vertimus „Im Verhältnis zu, gemäss": nobis ea res *pro magnitudine* (im Verhältnis zu ihrer Bedeutung) parum comperta est Cat. $22,_3$. uti *pro tempore* atque *periculo* exercitum compararent (wie es Zeit und Gefahr zuliessen) Cat. $30,_5$. in cetera municipia distribuerentur *pro* cujusque *opibus* (je nach der einzelnen Mittel) Cat. $30,_7$. publicam miserorum causam *pro mea consuetudine* suscepi Cat. $35,_3$. satis honestas *pro meo casu* (für meine Verhältnisse) spes reliquae dignitatis conservandae sum secutus Cat. $35,_4$. si digna poena *pro* factis eorum reperitur (wenn eine im Verhältnis zu ihrer That angemessene Strafe erfunden wird) Cat. $51,_8$. cohortes *pro numero* militum complet Cat. $56,_1$. (soviel die Zahl seiner Soldaten hergab.) ipse pedes exercitum *pro loco* atque *copiis* instruit (so gut es Ort und Truppen gestatteten) Cat. $59,_1$. tibi quidem *pro nostra amicitia* gratulor (bei der unter uns bestehenden Freundschaft) Iug. $9,_2$. tamen *pro tempore* benigne respondit (der Zeit gemäss) Iug. $11,_1$. quibus *pro magnitudine* imperi jus et injurias omnis curae esse decet (bei der Grösse des Reiches) Iug. $14,_{16}$. singulatim aut *pro magnitudine* parem disserere (wie es die Wichtigkeit der Sache erfordert) Iug. $42,_4$. postremo *pro* cujusque *ingenio* pollicendo minitando ... alium alio modo excitare (je nach dem Charakter eines jeden) Iug. $49,_4$. ac pauca *pro tempore* milites hortatus Iug. $49,_6$. ipse *pro re* atque *loco* .. paulatim procedere, (wie es seine Lage und der Ort gestattete) Iug. $50,_2$. Metellus *pro tempore* atque *loco* paratis rebus Iug. $57,_2$. Romani *pro ingenio* quisque, pars eminus ... pugnare alii succedere Iug. $57,_4$. sibi quisque *pro moribus* consulunt Iug. $58,_2$. Numidae ab Iugurtha *pro tempore* parati instructique Iug. $74,_2$. quia singuli *pro opibus* quisque, quam plurimas uxores .. habent Iug. $80,_6$. tamen *pro* rei *copia* satis providenter exornat Iug. $90,_1$. *pro tempore* instructae stationes fr. Inc. 43.

Adverbii vice fungitur *pro* Iug. $22,_4$. neque recte neque *pro bono* facturum, si ab jure gentium sese prohibuerit „er würde weder recht noch gut thun“.

Sine.

Praepositio *sine* legitur Cat. $2,_1$. $8,_5$. $20,_7$. $29,_3$. $36,_2$. $37,_3$. $39,_2$. $40,_2$. $45,_{2\cdot3}$. $46,_4$. Iug. $14,_{24}$. $31,_8$. $41,_9$. $44,_1$. $56,_4$. $57,_3$. $60,_5$. $62,_{3\cdot6}$. $65,_3$. $74,_1$. $83,_1$. $87,_2$. $92,_{1\cdot9}$. $97,_5$. $103,_4$. $106,_1$. Or. Cott. 5. Ep. Pomp. 3. Or. Macr. 22. Ep. Mithr. 14. 16. fr. I. 53. 96. fr. IV. 42. 43. 45. fr. Inc. 88. 97.

Haud raro *sine* ita cum substantivo conjungitur, ut non pendeat ex verbo sed cum suo nomine ad alterum nomen vi adjectivi negativi vel genitivi qualitatis referatur. Exempla hujus dictionis sunt: genus hominum agreste *sine legibus, sine imperio* Cat. $6,_1$. parvum ego te, Iugurtha, amisso patre, *sine spe, sine opibus* in meum regnum accepi Iug. $10,_1$. multa castella et oppida temere munita aut *sine praesidio* capit Iug. $54,_6$. postea milites palantes, inermos, quippe in tali die ac *sine imperio* aggrediuntur Iug. $66,_3$. convenas olim *sine patria parentibus,* peste conditos orbis terrarum Ep. Mithr. 17. nos Armenia circumgredimur exercitum *sine frumento sine auxiliis,* fortuna aut nostris vitiis adhuc incolumem. Ep. Mitthr. 21.

Clam.

Praepositio *clam* nusquam apud Sallustium invenitur, adverbium exstat Iug. $35,_9$. $101,_6$. $106,_2$. susp. Iug. $61,_4$.

Coram.

Coram adverbium est fr. IV. 30. coram se daturum operam, id est „persönlich, in eigner Person“. Praepositio legitur Iug. $9,_4$. coram amicis et cognatis itemque Adherbale et Hiempsale filiis. Iug. $109,_1$. pauca se coram Aspare locuturum.

Tenus nullo loco apud Sallustium inveni, exstat *fine* fr. III. 77. fine unguinum ingrediuntur mare.

Duobus locis Sallustius adjectivum *proximus* cum ablativo conjunxisse videtur, nam legimus Iug. 18,$_{11}$. quae proxima *Carthagine* Numidia appellatur. Iug. 19,$_{4}$. proximi *Hispania* Mauri sunt. cf. Arusianus p. 252, sed variant inter se codices, nonnulli exhibent accusativum.

In.

In conjunctum cum ablativo multis locis significat locum, qui rem aliquam includit et intra se habet. Opponitur *extra*: Cat. 2,$_{1\cdot 2}$. 7,$_{4\cdot 7}$. 11,$_{5}$. 14,$_{1}$. 15,$_{5}$. 16,$_{5}$. 18,$_{5}$. 19,$_{3}$. 21,$_{3}$. 22,$_{1}$. 26,$_{5}$. 28,$_{4}$. 30,$_{1\cdot 2}$. 34,$_{3}$. 36,$_{1}$. 37,$_{3\cdot 7}$. 40,$_{2}$. 41,$_{2}$. 42,$_{1\cdot 3}$. 44,$_{6}$. 45,$_{1}$. 50,$_{1}$. 51,$_{35}$. 52,$_{7\cdot 13\cdot 15\cdot 35}$. 55,$_{3}$. 57,$_{5}$. 58,$_{4\cdot 6\cdot 13\cdot 17}$. 59,$_{2\cdot 3\cdot 6}$. 60,$_{4}$. 61,$_{1\cdot 4\cdot 5\cdot 7}$. Iug. 2,$_{4}$. 4,$_{6}$. 5,$_{4}$. 6,$_{1}$, 8,$_{1}$. 10,$_{2}$. 12,$_{3\cdot 5}$. 13,$_{7}$. 14,$_{11\cdot 20}$. 16,$_{1\cdot 2}$. 17,$_{3}$. 18,$_{3\cdot 5}$. 19,$_{1\cdot 5}$. 24,$_{1\cdot 9}$. 27,$_{1}$. 29,$_{6}$. 30,$_{1\cdot 4}$. 31,$_{7\cdot 28}$. 32,$_{2}$. 34,$_{1}$. 36,$_{4}$. 37,$_{3,4}$. 39,$_{4}$. 40,$_{3}$. 41,$_{6}$. 43,$_{5}$. 44,$_{5}$. 45,$_{2}$. 46,$_{5}$. 48,$_{3}$. 49,$_{1,6}$. 54,$_{1\cdot 9}$. 55,$_{1}$. 56,$_{1\cdot 4}$. 57,$_{1}$. 58,$_{5\cdot 6}$. 59,$_{1}$. 60,$_{5}$. 64,$_{5}$. 65$_{1}$. 70,$_{5}$. 71,$_{1}$. 74,$_{3}$. 76,$_{1}$. 78,$_{2}$. 79,$_{4\cdot 6\cdot 10}$. 85,$_{21\cdot 41\cdot 47}$. 89,$_{7}$. 91,$_{5}$. 93,$_{4}$. 96,$_{3}$. 98,$_{3}$. 100,$_{1\cdot 2\cdot 4}$. 101,$_{4\cdot 5\cdot 6\cdot 11}$. 103,$_{1}$. 106,$_{4}$. 107,$_{1}$. 110,$_{1}$. 112,$_{3}$. 114,$_{3}$. Or. Lep. 17. Or. Phil. 8. Or. Cott. 1. 7. fr. I. 55. 65. 80. II. 1. 24. 28. 33. 66. 83. III. 26. 65. 67. 69. IV. 4. 7. 29. 40. 43. 51. Inc. 31. 42.

In *alienis* bellum gerere, id est in finibus aliorum, legimus Iug. 54,$_{8}$.

Multiplex est hujus praepositionis usus in dictionibus, quae formantur verbis: *esse, habere, tenere aliis.*

Verbum *esse* saepe indicat rem vel personam, in quo aliquid inest ita, ut intelligamus *qualitatem* ejus vel *proprietatem* vel *conditionem aliquam.* quod *in eo* auxili nihil *esset* Cat. 40,$_{2}$. „weil er ihnen keine Hilfe gewähre“. *in ipso* maximam virtutem, Romae omnia venalia esse Iug. 8,$_{1}$. „er selbst besitze die grösste Tapferkeit“. nam *in consule nostro* bonaeque artes animi et corporis erant Iug. 28,$_{5}$. tametsi *in ipso* magna vis animi erat Iug. 33,$_{2}$. *in Iugurtha* tantus dolus tantaque peritia locorum et militiae erat Iug. 46,$_{8}$. quippe cui omnes copiae *in usu cotidiano* et *cultu corporis* erant Cat. 48,$_{2}$. „Da ihr ganzer Reichtum im täglichen Erwerb und Leibesnotdurft bestand:“

in altero miseris perfugium erat, *in altero* malis pernities Cat. $54,_3$. „bei dem einen fanden die Unglücklichen eine Zufluchtsstätte, bei dem anderen die Schlechten ihr Verderben.“ victoria *in manu* nobis *est* Cat. $20,_{10}$. „Der Sieg liegt in unserer Hand.“ cui item *exercitus in manu sit* Cat. $51,_{36}$. „Dem ebenfalls ein Heer zu Gebote steht.“ neque mihi *in manu* fuit Iugurtha qualis foret Iug. $14,_4$. „und es mir nicht möglich war zu wissen, wie sich Iugurtha benehmen würde.“ nos uti per otium tuti simus *in manu vestra* est Cat. $14,_3$. „das liegt in euerer Hand.“

Ablativus qui pendet ex praepositione *in*, positus est pro *adjectivo*. Cat. $20,_2$. spes magna, *dominatio in manibus* frustra fuissent. Nam arcte conjungendum est *dominatio in manibus*, id est dominatio nobis oblata. „Vergebens wäre die grosse Hoffnung gewesen, vergebens die Herrschaft, die uns in die Hand gelegt ist.“

Nota illa dicendi formula: cominus pugnare Iug. $57,_4$. hoc modo circumscripta est: cupere proelium *in manibus* facere.

quod *in familia nostra* fuit, praestitit Iug. $14,_{13}$. „was in der Hand unserer Familie lag, das hat sie geleistet.“ cum exercitu optime merito, *quantum est in vobis*, fame misserrima omnium morte confecistis „so viel euch nur möglich ist“ Ep. Pomp. 1. cum vis omnis, Quirites *in vobis sit* Or. Macr. 15. „Da die ganze Macht in euerer Hand liegt“. jus *in viribus* esset fr. I. 33 „dass alles Recht auf der Faust beruht.“ — profecto virtus atque sapientia major *in illis* fuit, qui ex parvis opibus tantum imperium fecere, quam *in nobis*, qui ea parta vix retinemus Cat. $51,_{42}$. „war grösser bei denen etc.“ — neque Iugurthae *in amicis* satis praesidii est Iug. $35,_4$. primum quia procul absumus, *in quo* offensae minimum Iug. $102,_7$. non *in ejusdem potestate* initium et finem esse Iug. $83,_1$. „Anfang und Ende liege nicht in der Macht einer und derselben Person.“ magna praesidia nobis *in vestra amicitia* fore Iug. $14,_{18}$.

In significat, aliquem armis indutum esse: *in armis esse* „bewaffnet sein“. si in armis foret ex victoria talia sperabat Cat. $37,_6$. cum praesertim diligentia clarissimi viri consulis

tanta praesidia *in armis* sint „unter den Waffen stehen" Cat. $51,_{19}$. quibus illa placent *in armis* sunt Or. Phil. 13. cuncta *in armis* foret fr. Inc. 23. *in armis esse* oppositum est Or. Phil. 13 *in metu* esse. quibus illa placent *in armis* sunt, vos *in metu.*

Conditio vel *status* indicatur Iug. $44,_{4}$. quantum temporis aestivorum *in imperio* fuit. Iug. $58,_{1}$. remissis, qui *in praesidio* erant, „die Besatzung bildeten". Iug. $66,_{1}$. et eos ipsos, qui *in praesidiis* erant, pecunia temptare. — quod res *in invidia* erat Iug. $25,_{5}$ „weil die Sache ein gehässiges Ansehen erhielt". fac cogites, *in quanta calamitate* sis Cat. $44,_{5}$.

Praeterea *adjectiva* hac praepositione cum verbo *esse* conjunguntur, ut rei qualitas indicetur: id adeo *in promptu* esse, quoniam copiam Iugurthae haberet Iug. $111,_{1}$. libertas et anima nostra *in dubio* est Cat. $52,_{6}$. an manere tutius foret *in incerto* erat Iug. $38,_{5}$. cum etiamtum eventus *in incerto* erat Iug. $51,_{2}$. omnia illustria magis magisque *in aperto* sint Iug. $5,_{3}$. — Affero alia verba hoc loco, quae eodem modo cum adjectivis componuntur: ingenium *in promptu habere* Cat. $7,_{1}$. mulieres pudicitiam *in propatulo* habere Cat. $13,_{3}$. *in incerto* habuere, quidnam consilii caperent Cat. $41,_{1}$. pernitiosior esset, *in incerto* haberetur Iug. $46,_{8}$. *in obscuro* vitam habere Cat. $51,_{12}$. —neque bona neque mala eorum *in occulto* patitur Iug. $85,_{23}$. nos eam rem *in medio* relinquemus Cat. $19,_{5}$. — *in excelso* aetatem agunt Cat. $51,_{12}$.

Accedo ad dictiones, quae formantur verbo *habere*: magisque *in decoris armis* et *militaribus equis* quam *in scortis* atque *conviviis* libidinem habebant Cat. $7,_{4}$. „sie hatten ihr Vergnügen an." — ea familia ortum, ita se ab adolescentia vitam instituisse, ut omnia bona *in spe* haberet Cat. $31,_{7}$. „dass er sich zu den schönsten Hoffnungen berechtigt fühle." — si ea fecissem *in vestra amicitia* exercitus divitias munimenta regni me habiturum Iug. $14,_{1}$. — quae res eos *in magno diuturnoque bello* inter se habuit Iug. $79,_{3}$. significatur perpetua et nunquam intermissa bellandi ratio „in einen schweren und langwierigen Krieg verwickeln. — dona omnia *in benignitate* habe-

bantur Iug. 103,$_6$. „alle Geschenke wurden als Beweise von Güte angesehen." — non *in uno* cuncti praesidia habebatis Or. Macr. 24. — *in liberis custodiis* haberi legitur Cat. 47,$_3$. cf. Cat. 50,$_4$. *in custodiis* teneri. Cat. 52,$_{14}$. in custodiis haberi. Cat. 51,$_{43}$. in vinculis haberi. Iug. 64,$_5$. in catenis haberi. —

In animo habere: „Denken an etwas" inveni Iug. 24,$_2$. quem tanta libido extinguendi me invasit, ut neque vos neque deos immortales in animo habeat. Or. Cott. 12. tantum modo *in animis* habetote non me ob scelus aut avaritiam caesum. In animo *haerere* legitur Iug. 28,$_1$. omnia vaenum ire *in animo* haeserat.

Putare: „setzen, halten, glauben" regit *in* praepositionem cum ablativo conjunctam Cat. 2,$_2$. maximam gloriam *in maximo imperio* putare. Cat. 19,$_2$. boni complures praesidium *in eo* putabant. Cat. 43,$_4$. maximum bonum *in celeritate* putare. Iug. 53,$_3$. *in elephantis* auxilium putare. — Badstübner p. 33 hanc structuram ad Sallustii in dicendo brevitatem referri vult, cum dicit omissum esse verbum *esse* vel *situm* esse. Congessit locos, in quibus *putare* verbum nunquam cum infinitivo esse junctum legitur cf. Anmerkung pr. 33.

In praepositio vertenda est „quod attinet" sive „respectu" *„bei"*, his locis: Cat. 51,$_{15}$. sed plerique mortales postrema meminere, et *in hominibus impiis* sceleris eorum obliti de poena disserunt. Cat. 51,$_{35}$. atque haec ego non *in* M. *Tullio* neque his temporibus vereor. Iug. 73,$_4$. ceterum *in utroque* magis studia partium quam bona aut mala sua moderata. fr. I. 29 mox tanta flagitia *in tali viro* pudet dicere fr. V. 16 nam si *in Pompejo* quid humani evenisset.

Praepositione *in* significatur *actio* vel *conditio* rerum, in quam aliud quid incidit, vel fit, quum ipsa fit; nos vertimus „bei" vel „unter": *in magna copia* rerum aliud alii natura iter ostendit Cat. 2,$_9$. id est: quum magna copia sit „bei der grossen Mannigfaltigkeit". nos *in tanta* doctissimorum hominum *copia* fr. Inc. 1. id quod *in tali* re solet Cat. 30,$_2$. *in tali re* fortunam belli temptare statuit Cat. 57,$_5$. quod *in tali re* solet Iug. 15,$_3$. neque illum *in tanta re* gratiam aut inimicitias exer-

cere Cat. 51, $_{16}$. scilicet ut *in tanta re* ignarus omnium trepidet, festinet Iug. 85, $_{10}$. atque omnes ut *in secunda re* pariter acres invadunt fr. IV. 44. uti solet in *extremis rebus* fr. III. 73. quod plerumque *in atroci negotio* solet Cat. 29, $_{2}$. quod *in plerisque negotiis* solet Iug. 25, $_{3}$. sed quia levius est, qui convenit *in minore negotio* legem timere, cum eam *in majore* neglegeris Cat. 51, $_{24}$. neque *in eo* tam *aspero negotio* Marius territus aut magis quam antea demisso animo fuit Iug. 98, $_{1}$. ut *in terrore* solet fr. I. 74 uti *in tali negotio* Iug. 107, $_{6}$. egregia tua fides re cognita, grata mihi *in magnis meis periculis* Cat. 35, $_{1}$. facto, non consulto *in tali periculo* opus esse Cat. 43, $_{3}$ qui hanc rem publicam saepe *in maximis periculis* servavere Cat. 52, $_{28}$. defensionem *in novo consilio* non statui parare Cat. 35, $_{2}$. sicuti *in sollemnibus sacris* fieri consuevit Cat. 22, $_{2}$. *in maxima fortuna* minima licentia Cat. 51, $_{13}$. quae apud alios iracundia dicitur, ea *in imperio* superbia atque crudelitas appellatur „bei einem Herrscher“ Cat. 51, $_{14}$. *in luctu* atque *miseriis* mortem aerumnarum requiem Cat. 51, $_{20}$. *in his miseriis* cuncta me cum fortuna deseruere Or. Cott. 2 sin *in* tanto omnium *metu* solus non timet Cat. 52, $_{16}$. *in maximo metu* nudum et caecum corpus ad hostis vortere Iug, 107, $_{1}$. *in omni certamine* qui opulentior est, etiamsi accipit injuriam, tamen ... facere videtur Iug. 10, $_{7}$. *in suis dubiis rebus* societatem vestram appetiverunt Iug. 14, $_{5}$. *in divisione,* quae pars Numidiae Mauretaniam attingit ... Iugurthae traditur Iug. 16, $_{5}$. „Bei der Teilung“ cf. Iug. 17, $_{3}$. 48, $_{3}$. vicit tamen *in avido ingenio* pravum consilium Iug. 25, $_{8}$. vos, Quirites, *in imperio* nati, aequo animo servitutem toleratis Iug. 31, $_{11}$. id est „als Herrscher geboren“ veluti Iug. 14, $_{11}$. post ubi me iisdem dolis non quit capere, nihil minus quam vim aut bellum exspectantem *in imperio vestro,* sicut videtis, extorrem patria ... effecit, quod vertimus: quum vos imperetis, vel vobis imperantibus. cf. Cat. 51, $_{13}$. scilicet quia non aliter salvi satisque tuti *in imperio* eritis, nisi Vettius Picens et scriba Cornelius aliena bene parta prodegerint. Or. Lep. 17. — potestne *in tam diversis mentibus* pax aut amicitia esse „bei so verschiedener Gesinnung“ Iug. 31, $_{24}$. — quia *in dis-*

sensione regum Iugurthae advorsus fuerat Iug. $35,_1$. quamquam *in priori actione* ex amicis quinquaginta vades dederat Iug. $35,_9$. cum Aulo *in colloquio* verba facit Iug. $38,_9$. quique ab eo *in legationibus* aut *imperiis* pecunias accepissent Iug. $40,_1$. ita quod *in adversis rebus* optaverant otium Iug. $41,_4$. sed *in ea difficultate* Metellum non minus quam *in rebus hostilibus* magnum et sapientem virum fuisse comperior Iug. $45,_1$. *in victoria* vel ignavis gloriari licet Iug. $53,_8$. ni pedites cum equitibus permixti magnam cladem *in congressu* facerent Iug. $59,_3$. cf. fr. I. 65. furtim atque celeritate vitare proelium *in transgressu* conatus est. — *in ea tanta asperitate* saevissimis Numidis et oppido undique clauso Turpilius ... profugit Iug. $67,_3$. — et novorum fidem *in tanta perfidia* veterum experiri periculosum duceret Iug. $74,_1$. — sicuti plerique *in nova deditione* officia intenderant Iug. $75,_8$. — sed *in maximo vestro beneficio* cum omnibus locis meque vosque male dictis lacerent Iug. $85,_{26}$. — magno cum exercitu *in obsidio* moranti frumentum defuit Ep. Mithr. 14. — serum bellum *in angustiis* futurum fr. Inc. 15. festinantibus *in summa inopia* patribus fr. Inc. 28. quae pacta *in conventione* non praestitissent fr. Inc. 58.

Ex hujusmodi locis, qui praesentis temporis notionem complectuntur, manavit usus, in quo praepositio *in* cum ablativo conjuncta non *punctum temporis* significat, sed *totum spatium et diuturnitatem.* De vocibus *dies, tempus* jam supra dixi. Accedo ad nomina, quae non ipsum tempus indicant, sed rem in tempore agendam vel actam aut conditionem et statum rei. audacia *in bello*, ubi pax evenerat aequitate seque remque publicam curabant Cat. $9,_3$. id est ubi bellum ortum est. — quod *in bello* saepius vindicatum est, qui contra imperium in hostem pugnaverant Cat. $9,_4$. uti *in omnibus bellis* adesset vobis Iug. $14,_{13}$. quae *in bello vario* et multarum rerum egenti usui esse solent Iug. $43,_3$ — ceteros judiciis terrere quo plebem *in magistratu* placidius tractarent Cat. $39,_2$. in magistratu est „quo tempore magistratu funguntur.“ — qui magno exercitu locis aequioribus expeditus impeditos *in fuga* sequeretur „cum fugiunt“ Cat. $57,_4$. *in itinere* est „dum iter faciunt“ cf. Iug. $88,_3$.

in itinere aggressus fuderat Iug. $91,_1$. in itinere ... distribuerat. Iug. $101,_5$. in itinere morati. cf. $103,_4$. $105,_3$. item *in agmine* in primis modo modo in postremis saepe in medio adesse Iug. $45,_2$. qui *in agmine* principes facti erant Iug. $50,_2$. postremos *in agmine* Iug. $55,_8$. *in agmine* in *proelio* consultor idem et socius periculis Iug. $85,_{47}$. *in agmine* atque ad vigilias multus adesse Iug. $96,_3$. contra Romanis utrumque casum *in tenebris* difficiliorem fore Iug. $97,_3$. in tenebris, quo tempore tenebrae fuerunt. — rem publicam quietam esse aut *in periculis* (cum in periculis versatur) a promptissimo quoque defendi. Or. Phil. 1. — quibus quies *in seditionibus,* in *pace* turbae sunt Or. Phil. 7 „zur Zeit des Aufruhrs, im Frieden etc." cf. *in pace* Cat. $51,_6$. — *in otio* facinus suum cum animo reputans Iug. $13,_5$. — quibus de causis Sullam *in victoria* (zur Zeit seines Sieges) dictatorem uni sibi descendere equo ... solitum fr. V. 13. socordius milites ire occepere, non aptis armis, ut *in principio* (zuerst) laxiore agmine fr. III. 71.

Praepositio *in* conjuncta cum gerundio vel gerundivo describit *actionis conditionem,* vel *statum* vel *tempus* Haec habeo exempla: illis divitias superare, quas profundant *in extrudendo mari* et *montibus coaequandis* Cat. $20,_{11}$. animus *in consulendo* liber, neque delicto neque libidini obnoxius Cat. $52,_{21}$. ad hoc pleraque tempora *in venando* agere Iug. $6,_1$. *in vitandis periculis* magis quam *ulciscendo* teneamini Or. Lep. 1. quibus praelatus *in magistratibus capiundis* Fufidius, ancilla turpis Or. Lep. 21. et forte *in navigando* cohors una grandi phaselo vecta fr. III. 56.

In praeterea significat *numerum* vel *ordinem, copiam* vel *multitudinem,* in qua quae res est, vel habetur, numeratur; idem valet ac praepositio *inter:*

in quibus Catilina fuit Cat. $18,_1$. conjuravere pauci contra rem publicam in quibus Catilina fuit cf. Iug. $25,_4$. $28,_4$. fr. IV. 40. fr. Inc. 78.

in ea conjuratione fuit Qu. Curius Cat. $23,_1$. cf. $47,_1$. *in iis erat* Sempronia Cat. $25,_1$. cf. $39,_5$. ut is *in* proscriptorum *numero* esset Cat. $51,_{33}$, uti ipse *in eo numero* crearetur Iug. $40,_4$. omnis fere res asperas per Iugurtham agere, *in amicis*

habere Iug. 7,$_6$. eum Iugurtha tametsi Romae *in inimicis* habuerat Iug. 16,$_3$. quorum adeo Sullam non poenitet, ut et facta *in gloria* numeret Or. Lep. 19.

Verba *pono* et *colloco* regunt praepositionem *in* conjunctam cum ablativo: reliquarum signa *in subsidio* artius collocat Cat. 59,$_2$. ille cohortes veteranas. in *fronte,* post eas ceterum exercitum *in subsidiis* locat Cat. 59,$_5$. qui *in proximo* locati fuerant Iug. 59,$_2$. praeterea alios super vallum *in munimentis* locare Iug. 100,$_4$. *Accusativus* legitur Iug. 61,$_2$. ceterum exercitum *in provinciam,* quae proxima est Numidiae, hiemandi gratia conlocat. cf. Cic. Phil. II. 37,$_{94}$. *in tetrarchiam* ... collocaverat. liberos parentesque *in muros* locaverant fr. Inc. 39.

ponere: super caput *in pulvino* temere positam Iug. 71,$_4$. *in iis urbibus,* quae ad se defecerant satisque munitae loco aut moenibus erant, praesidia *imponit* Iug. 61,$_1$. Aliis locis legimus adverbia: *quo* ... praesidium imposuerat Iug. 66,$_2$. cf. 103,$_1$. *huc* ... praesidium imposuit Iug. 47,$_2$. *eo* imponit vasa cujusque modi Iug. 75,$_4$. — *Situm esse* fere omnibus locis subest notio „beruhen auf“: nostra omnis vis *in animo* et *corpore* sita est Cat. 1,$_2$. *in armis* omnia sita Iug. 51,$_4$. quorum res fidesque *in manibus* sitae erant Iug. 73,$_6$. verum id frustra an ob rem faciam, *in vestra manu* situm est Iug. 31,$_5$. „Das liegt in euerer Hand.“ — *in fide* et *clementia* populi Romani *magnam spem* illi *sitam* Iug. 33,$_4$. spes omnis *in fuga* sita erat. Iug. 54,$_8$. mihi spes omnes *in memet* sitae Iug. 85,$_4$. ea tempestate spes atque opes civitatis *in illo* sitae Iug. 114,$_4$. — *Locus* significatur Iug. 37,$_4$. situm *in* praerupti montis *extremo;* ex hoc dicendi genere ortum est: res publica *in extremo* sita est Cat. 52,$_{11}$. „Der Staat liegt in den letzten Zügen“. Adherbal ubi intellegit omnis suas fortunas *in extremo* sitas „Dass seine Lage auf das Aeusserste gekommen sei“. Iug. 23,$_2$. — Praepositionis *ante* vicem praestat *in* Cat. 20,$_{14}$. en illa, illa, quam saepe optastis, libertas praeterea divitiae decus gloria *in oculis* sita sunt „liegeu euch vor Augen“. — quo cupidius *in ore* ducis se quisque bonum et strenuum ostentantes fr. Inc. 63. — pariter atque *in conspectu* hostium quadrato agmine incedere Iug. 100,$_1$. —

Praeterea adscripsi hos locos:

spes omnis *in armis erat* Iug. $14,_{10}$. „beruhen auf". praesertim cum illi *spes omnis in scelere* atque *perfidia* sit Or. Lep. 1.

spem habere: „seine Hoffnung setzen auf": nisi *in avaritia* nobilitatis et *pecunia sua* spem habere Iug. $13,_{5}$. spem salutis *in solitudine* aut *fuga* coegisset habere Iug, $55,_{1}$. neque alius *in alio* magis quam *in sese* spem habere Iug. $60,_{1}$. saepe *in fuga* ac post paulo *in armis* spem habere Iug. $74,_{1}$.

in fuga salutem sperare Cat. $58,_{16}$.

aetatem agere: illos *in libertate* sine metu aetatem acturos Iug. $56,_{4}$. qui omnem aetatem *in optimis artibus* egi Iug. $85,_{9}$. — *agere*: semper *in certamine* libertatis aut gloriae aut dominationis agit fr. I. 90. — ceteris expertibus soli *in imperio* agere fr. I. 9. — a prima adolescentia *in ore vestro* privatus et in magistratibus egi Or. Cott. 4. *in ore* gentibus agens fr. I. 90. — *in cervicibus* Italiae agentis Ep. Pomp. 4. — semperque *in potestatibus* eo modo *agitabat,* ut ampliorea quam gerebat dignus haberetur. Iug. $63,_{5}$.

retinere: in vinculis Cat. $48,_{6}$. metus hostilis *in bonis artibus* civitatem retinebat Iug. $41,_{2}$.

permanere: si permanere vellet *in suis artibus* Iug. $8,_{2}$. — maneas *in sententia* et retineas arma Or. Phil. 16.

versari: semperne *in sanguine ferro fuga* versabitur Iug. $14,_{9}$.

deprehendere: in maximo scelere tantis civibus deprehensis quid facto opus esset Cat. $46,_{2}$.

portare: vos divitias decus gloriam, praeterea libertatem atque patriam *in dextris vestris* portare Cat. $58,_{8}$.

frustrari: sed tela eminus missa remittere, pauci *in pluribus* minus frustrati Iug. $58,_{3}$. „bei der grösseren Anzahl. —

ni id festinaret, *in summo periculo* suam salutem, illorum socios fore „in der grössten Gefahr schweben" Iug. $77,_{1}$.

neu prolatandis seditionibus, inquies ipse, nos *in sollicitudine attineas* Or. Phil. 16.

vestra beneficia mihi erepta sunt, patres conscripti, vos *in*

mea injuria despecti estis Iug. $14,_8$. „durch das mir zugefügte Unrecht seid auch ihr verhöhnt worden.“

magna merces *in spe* victoriae Cat. $41,_2$.

Piso oppugnatus *in judicio* pecuniarum repetundarum Cat. $49,_2$.

quam ob rem *in sententia* non addidisti uti prius in eos verberibus animadverteretur Cat. $51,_{21}$. „warum hast du bei deinem Antrage nicht noch hinzugefügt.“

„in magistratibus“ quasi in unam vocem coaluit et oppositum est voci *privatus*. Nos vertimus „Beamter“ Or. Cott. 4. a prima adolescentia in ore vestro *privatus* et *in magistratibus* egi.

Locus praeterea significatur Iug. $75,_2$. quamquam inter Thalam flumenque proximum *in spatio* milium quinquaginta loca arida atque vasta esse cognoverat. „innerhalb einer Entfernung von.“ — ager *in medio* arenosus Iug. $79,_3$.

igitur discubuere Sertorius inferior *in medio* ... *in summo* Antonius ... et alter scriba Maecenas *in imo* medius fr. III. 4.

apud primos erat, *in postremo* C. Marius legatus cum equitibus curabat Iug. $46,_7$.

equites *in primo* late, pedites quam arctissime ire et signa occultare jubet Iug. $68,_4$.

Ablativus, qui pendet ex praepositione *in* conjunctus cum *adjectivis* habet vim „quod attinet ad“ „in Betreff, in Bezug auf:“ *in suppliciis* deorum *magnifici*, domi parci, in amicos fideles erant Cat. $9,_2$. liberales ex sociorum fortunis, sint *misericordes in furibus* aerari Cat. $52,_{12}$. vir *egregius in aliis artibus* nimis molliter aegritudinem pati Iug. $82,_2$.

in potestatem habere, legimus Iug. $112,_3$. de hoc accusativo cf. Kritz Iugurtha p. 599.

Sub.

Sub conjunctum cum ablativo significat *locum*. Res indicatur, quae supra aliam patet Iug. $18,_9$. Gaetuli *sub sole* magis, haud procul ab ardoribus. „mehr nach Süden“; res, quae prominet significatur Cat. $57,_3$. *sub ipsis radicibus* montium consedit „am Fusse der Berge“. Translata est praepositio fr. I. 10

sub honesto patrum aut plebei *nomine* dominationes affectabant „unter dem ehrenwerten Namen.“

Aliquem sub ditione alicujus esse, exprimitur hac praepositione Iug. 13,$_{1}$. qui *sub imperio* Micipsae fuerant Iug. 19,$_{7}$. Gaetulorum magna pars et Numidae usque ad flumen Mulucham *sub Iugurtha* erant.

Super.

Praepositio *super,* quae regit ablativum, non invenitur nisi uno loco Iug. 71,$_{5}$. lacrimans obtestatur per amicitiam perque sua antea fideliter acta, ne *super tali scelere* suspectum sese haberet. Idem valet ac praepositio *de,* qui usus frequentior erat apud scriptores aetate posteriores. Exempla quae inveniuntur apud scriptores aureae aetatis congessit Krüger gramm. p. 517.

Haec habeo, quae dicam de ablativo Sallustiano.